

*Amen, amen dico vobis: Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, fur est, et latro.*¹

Usque in eum locum: *Hoc proverbium dixit eis Jesus.*

*Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis*².

Propter

Pharisaeorum (qui se videre jactabant, cum caeci essent³) venenatam et superbam, et insanabilem arrogantiam Dominus Jesus ista contexuit, quae in hac parabola leguntur, quam ipse illis intelligentibus⁴ exponere dignatus est:

in qua nos salubriter, si advertamus, admonuit

non gloriari in sapientia humana, non in morum dignitate, si humilitas fidei catholica in Christum desit.

Multi enim sunt pagani qui secundum quamdam vitae hujus consuetudinem dicuntur boni homines,

innocentes, et quasi observantes ea quae in lege praecepta sunt, deferentes honorem parentibus suis, non moechantes, non homicidium perpetrantes, non furtum facientes, non falsum adversus quemquam testimonium perhibentes, et caetera, quae in lege mandata sunt, velut observant, et Christiani non sunt, et plerumque se jactant, quomodo isti Pharisaei, dicentes: *Nunquid et nos caeci sumus?*⁵

Sed haec omnia

inaniter faciunt,

quia non intrant per ostium, sed aliunde tumido fastu quasi per seipsos ascendere quaerunt. Quapropter

Dominus similitudinem proposuit de grege suo, et de ostio, qua intratur ad ovile.

Quid enim prodest vana jactantium de bene vivendo inflatio, dum ad finem perpetualiter bene vivendi vita eorum non perveniat?

Ad hoc enim debet unicuique prodesse bene vivere, ut detur illi semper bene vivere. Nam si cui non datur semper bene vivere, quid prodest ei bene vivere? Ad tempus igitur nec bene vivere dicendi sunt, qui finem bene vivendi vel caecitate nesciunt, vel inflatione contemnunt. Non est autem cuiquam spes vera et certa semper bene vivendi, nisi agnoscat vitam, quae est Christus, et per januam intret in ovile.

Sunt enim quidam homines qui in suis gloriantur moribus, et alios post se trahere quaerunt, non de Christi praeceptis instruendo suos sectatores, sed suis exemplis vivere eis suadentes; de quibus alio loco ipsa Veritas ait: *Docentes doctrinas hominum, et*

In verità, in verità io vi dico: chi non entra nel recinto delle pecore dalla porta, ma vi sale da un'altra parte, è un ladro e un brigante.

Fino a quel passo: *Gesù disse loro questa similitudine,*

ma essi non capirono di che cosa parlava loro.

A causa dell'arroganza

dei Farisei (che si vantavano di vedere, mentre erano ciechi) avvelenata

e superba e insanabile, il Signore Gesù mise insieme queste

[parole] che si leggono in questa parabola, che egli stesso si è degnato spiegare a loro che non capivano;

in essa, se facciamo attenzione, ci ammonisce salutarmente

a non gloriarsi della sapienza umana, né della dignità dei costumi, se manca l'umiltà della fede cattolica in Cristo.

Infatti ci sono molti pagani che, secondo un certo stile di vita, sono detti uomini buoni,

innocenti, e, praticamente, osservanti di quei precetti che la legge contiene: trattano con onore i genitori, non sono adulteri, non perpetrano omicidi, non commettono furti, non dicono falsa testimonianza contro nessuno, e sembra osservino tutti gli altri che sono prescritti nella legge; tuttavia non sono cristiani, e perlopiù si vantano come questi Farisei, dicendo: «Siamo ciechi anche noi?»

Ma tutto ciò

lo fanno inutilmente,

dal momento che non entrano dalla porta, ma cercano di salire da soli da un'altra parte per trionfo orgoglio. Motivo per cui

il Signore propose una parabola a proposito del suo gregge, e della porta per cui si entra nell'ovile.

Cosa infatti giova, per ben vivere, la vana iattanza degli orgogliosi, quando la loro vita non giunga al fine di ben vivere in perpetuo?

Il ben vivere deve infatti offrire a ciascuno che gli sia dato di ben vivere sempre. Infatti se a uno non è dato ben vivere sempre, a che gli giova ben vivere? Al momento dunque non si deve dire che vivono bene coloro che per cecità ignorano, o per orgoglio disprezzano, il fine del ben vivere. Nessuno può tuttavia avere speranza vera e certa di ben vivere sempre, se non riconosce la vita che è Cristo, e non entra per la porta nell'ovile.

Ci sono infatti alcuni uomini che si gloriano dei propri costumi, e cercano di trarre altri dietro di sé, non istruendo i propri seguaci sui precetti di Cristo, ma persuadendoli a vivere secondo i loro esempi; di questi in altro passo la Verità stessa dice: Insegnate

TRACTATUS XLV

Et veni ut vitam habeant, et abundantius habeant (Io 10, 1-10).

Ingredietur et egredietur. Ingredimur, quando interius aliquid cogitamus; egredimur, quando exterius aliquid operamur; et quoniam per fidem habitat Christus in cordibus nostris, ingredi per Christum esse secundum ipsam fidem cogitare; egredi per Christum, secundum ipsam fidem etiam foris, id est coram hominibus, operari.

1. De illuminato illo qui natus est caecus, sermo ad Iudaeos Domini exortus est. Huic itaque lectioni hodiernam esse contextam, scire debuit et commoneri Caritas vestra. Cum enim Dominus dixisset: *In iudicium ego veni in hunc mundum, ut qui non vident, videant; et qui vident, caeci fiant;* quod eo tempore, quando lectum est, ut potuimus exposuimus: quidam ex Pharisaeis dixerunt: *Numquid et nos caeci sumus?* Quibus respondit: *Si caeci essetis, non haberetis peccatum; nunc autem dicitis: Quia videmus: peccatum vestrum manet.* His verbis subiunxit ea quae hodie cum recitarentur, audivimus.

2. *Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.*

Dixerunt enim se caecos non esse: videre autem tunc possent, si oves Christi essent. Unde sibi usurpabant lumen qui furebant contra diem?

Propter

illorum ergo vanam

et superbam et insanabilem arrogantiam Dominus Iesus ista contexuit:

in quibus salubriter nos, si advertamus, admonuit.

Multi enim sunt qui secundum quamdam vitae huius consuetudinem dicuntur boni homines,

boni viri, bonae feminae,

innocentes, et quasi observantes ea quae in lege praecepta sunt; deferentes honorem parentibus suis, non moechantes, non homicidium perpetrantes, non furtum facientes, non falsum testimonium adversus quemquam perhibentes, et caetera quae lege mandata sunt velut observantes, christiani non sunt: et plerumque se iactant quomodo isti: *Numquid et nos caeci sumus?*

Quia vero ista omnia

quae faciunt, et nesciunt ad quem finem referant,

inaniter faciunt,

Dominus de grege suo, et de ostio quo intratur ad ovile, similitudinem proposuit

in hodierna lectione. Dicant ergo Pagani: Bene vivimus. Si per ostium non intrant, quid prodest eis unde gloriantur?

Ad hoc enim debet unicuique prodesse bene vivere, ut detur illi semper vivere: nam cui non datur semper vivere,

quid prodest bene vivere? Quia nec bene vivere dicendi sunt,

qui finem bene vivendi vel caecitate nesciunt,

vel inflatione contemnunt. Non est autem cuiquam spes vera et certa semper vivendi, nisi agnoscat vitam, quod est Christus; et per ianuam intret in ovile.

Non intrant per ostium pagani.

3. Quaerunt ergo plerumque tales homines etiam persuadere hominibus ut bene vivant, et christiani non sint.

¹ Gv 10, 1.

² Gv 10, 6. Vedi oltre il § 7 dell'om. 45

³ Cfr Gv 9, 40-41.

⁴ Ritengo che si sia di fronte ad una semplificazione della parola, attestata anche in casi analoghi, per cui cade il primo "in" negativo; pertanto vada intesa come "inintelligentibus". Così mi pare richieda il contesto del passo evangelico in psrola.

⁵ Gv 9, 40.

mandata Dei contemnentes (Matth. XV)⁶.

Hi per aliam partem ascendere quaerunt, rapere et occidere, non ut pastor, salvare atque conservare.

De talibus hic dictum est: *Sed ascendit aliunde, ille fur est, et latro.*⁷ Non solum vero tales inveniuntur doctores inter eos qui sine nomine Christi sunt, sicut multi philosophorum, qui

suam sapientiam buccis crepantibus ventilabant,

et vitam beatam suis sectatoribus promittebant; verum etiam plurimi, qui Christiano nomine censebantur, et illuminatos a Christo se esse jactitabant, fingentes sibi nova quaeque nomina de Christo, eaque fidei catholicae contraria,

sicut innumerabiles haeretici faciebant, existimantes se falso nomine per januam, quae Christus est, intrare.

Sabellius dicit: «Qui Filius est, ipse est Pater, sed Filius non est Pater.» Non intrat per ostium, qui Filium dicit Patrem.

Arius dicit: «Aliud est Pater, aliud Filius.» Recte diceret, si diceret: alius, non aliud; quando enim dicit *aliud*, ei contradicit, a quo audit: *Ego et Pater unum sumus (Hic, infra)*. Nec ipse ergo intrat per ostium. Praedicat enim Christum qualem sibi pingit, non qualem veritas habet.

Photius⁸ dicit: «Christus homo est tantum, non Deus.» Nec ipse intrat per ostium, quia Christus et homo et Deus est.

Huic enim nova haeresis, quae nostris temporibus orta est, consentire videtur, affirmando et praedicando: Christus, sicut quilibet sanctorum, nuncupativus est Deus, et non verus.

Quid opus est multa percurrere, et multa vana haeresum dinumerare? Hoc tenete, ovile Christi, Ecclesiam catholicam esse credite. Quicumque vult intrare ad ovile, per ostium intret,

id est, per Christum, et

Christum verum Deum, et verum filium Dei praedicet.

Nec solum Christum praedicet, sed Christi quoque gloriam quaerat, non suam. Nam multi quaerendo gloriam suam, oves Christi sparserunt potius, quam congregaverunt. Humilis est enim ianua Christus Dominus

Deus noster, qui ait: *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. (Matth. XI)*.

Qui intrat per hanc ianua, oportet humiliet se, ut sano capite possit intrare.

Hi sunt qui vocem veri pastoris audiunt.

Hi sunt quos proprias oves nominatim verus pastor vocat:

de his dictum est: *Gaudete et exsultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in caelis (Luc. X)*⁹. Hinc enim eas vocat nominatim. Et quis alius eas emittit, nisi qui eorum peccata dimittit, ut eum sequi duris liberatae vinculis possunt?

Et quis eas praecedit, quo eum sequuntur, nisi qui resurgens a mortuis jam non moritur, et mors illi ultra non dominabitur?¹⁰

Has vero educit a fide ad speciem; et ante istas vadit, quia prior omnium ascendit in coelum; et quae sunt oves suae, illum sequuntur, quia sciunt vocem doctrinae suae.

dottrine di uomini e disprezzate i comandamenti di Dio (cfr Mt 15, 3. 6).

Cercano per un'altra via di entrare, rapire e uccidere, non, come il pastore, salvare e custodire.

Di costoro è qui detto: *ma vi sale da un'altra parte, è un ladro e un brigante*. Invero tali dottori non si ritrovano solo fra coloro che sono senza il nome di Cristo, come molti filosofi, che

proclamavano la loro sapienza con gote crepitanti,²⁵

e promettevano vita beata ai loro seguaci; invero anche molti, che si fregiano del nome cristiano e si vantano di essere illuminati da Cristo, inventandosi qualche nuova parola di Cristo, anche contraria alla fede cattolica,

come facevano innumerevoli eretici, speravano di entrare con falso nome attraverso la porta, che è Cristo.

Sabellio dice: «Colui che è Figlio, questi è Padre, ma il Figlio non è il Padre.» Non entra per la porta chi dice Padre il Figlio. Ario dice: «Una cosa è il Padre e altra cosa è il Figlio.» Direbbe rettamente se dicesse che è "altro", non "altra cosa"; quando infatti dice "altra cosa", va contro colui da cui ascolta: *Io e il Padre siamo una cosa sola (Gv 10, 30)*. Quindi neppure lui entra per la porta. Predica infatti Cristo come se lo dipinge, non quale lo ha la verità.

Fozio, dice: «Cristo è solo uomo, non Dio.» Nemmeno lui entra per la porta, perché Cristo è uomo e Dio.

A questo infatti sembra consentire una nuova eresia, sorta ai nostri tempi, che afferma e predica: Cristo, come uno qualsiasi dei santi, può essere chiamato Dio, ma non "vero".

A che scopo dilungarci, ed elencare le molte vanità degli eretici? Tenete a mente ciò: credete che la Chiesa cattolica è l'ovile di Cristo. Chiunque vuole entrare nell'ovile, entri per la porta,

cioè per Cristo, e

e predichi Cristo vero Dio, e vero figlio di Dio.

E non solo predichi Cristo, ma cerchi anche la gloria di Cristo, non la propria. Molti, infatti, cercando la propria gloria, hanno disperso le pecore di Cristo, invece di raccogliercle. Umile infatti è la porta Cristo Signore

nostro Dio, che dice: *imparate da me, che sono mite e umile di cuore (Mt 11, 29)*.

È necessario che chi entra per questa porta si umili²⁶, se vuole entrare con la testa sana.

Essi sono coloro che odono la voce del vero pastore.

Essi sono quelle proprie pecore che il vero pastore chiama per nome; di essi è detto: *rallegratevi ed esultate, perché i vostri nomi sono scritti nei cieli (Lc 10, 20)*. Da ciò infatti le chiama per nome. E chi altri le conduce fuori, se non chi rimette i loro peccati, perché possano seguirlo liberate dalle dure catene? E chi le precede, così che lo seguano, se non chi, *risorto dai morti, non muore più; la morte non ha più potere su di lui*?²⁷

Invero le conduce fuori dalla fede alla visione; e va davanti a loro, perché ascende al cielo prima di tutti; e quelle che sono sue pecore lo seguono, perché conoscono la voce

Per aliam partem volunt ascendere, rapere et occidere; non ut pastor, conservare atque salvare.

Fuerunt ergo quidam philosophi, de virtutibus et vitiis subtilia multa tractantes, dividentes, definiens, ratiocinationes acutissimas concludentes, libros implentes,

suam sapientiam buccis crepantibus ventilantes;

qui etiam dicere auderent hominibus: Nos sequimini, sectam nostram tenete, si vultis beate vivere. Sed non intrant per ostium: perdere volebant, mactare et occidere.

Non intrant per ostium haeretici.

4. Quid de istis dicam? Ecce ipsi Pharisaei legebant, et in eo quod legebant, Christum sonabant, venturum sperabant, et praesentem non agnoscebant: iactabant se etiam ipsi inter videntes, hoc est inter sapientes, et negabant Christum, et non intrabant per ostium. Ergo et ipsi, si quos forte seducerent, mactandos et occidendos, non liberandos seducerent. Et hos dimittamus: videamus illos si forte ipsi intrant per ostium, qui ipsius Christi nomine gloriantur.

5. Innumerabiles enim sunt, qui se videntes non solum iactant, sed a Christo illuminatos videri volunt: sunt autem haeretici. Forte ipsi per ianuam intraverunt?

Absit.

Sabellius dicit: Qui Filius est, ipse est Pater: sed si Filius, non est Pater. Non intrat per ostium, qui Filium dicit Patrem.

Arius dicit: Aliud est Pater, aliud est Filius. Recte diceret, si diceret Alius; non, aliud. Quando enim dicit: Aliud, ei contradicit a quo audit: *Ego et Pater unum sumus*. Nec ipse ergo per ostium intrat: praedicat enim Christum qualem sibi fingit,

non qualem veritas dicit.

Nomen habes, rem non habes. Alicuius rei nomen est Christus: tene ipsam rem, si vis prodesse tibi nomen. Alius nescio unde,

sicut Photinus: Christus homo est, inquit; Deus non est. Nec ipse intrat per ostium, quia Christus et homo et Deus est.

Et quid opus est multa percurrere, et multa vana haeresum enumerare? Hoc tenete, ovile Christi esse catholicam Ecclesiam. Quicumque vult intrare ad ovile, per ostium intret,

Christum verum praedicet.

Non solum Christum verum praedicet, sed Christi gloriam quaerat, non suam: nam multi quaerendo gloriam suam, oves Christi sparserunt potius quam congregaverunt. Humilis est enim ianua Christus Dominus:

qui intrat per hanc ianua, oportet humiliet se, ut sano capite possit intrare.

Qui autem se non humiliat, sed extollit, per maceriam vult ascendere: qui autem per maceriam ascendit, ideo exaltatur ut cadat.

⁶ Si riferisce sicuramente all'inizio di Mt 15; in particolare il v. 3 Vulg.: "Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?", o il v. 6 Vulg.: "et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram."; non ho tuttavia trovato testimoni a favore del testo proposto da Beda; pertanto in italiano non evidenzio col corsivo.

⁷ Gv 10, 1.

⁸ Temo si tratti di un simpatico lapsus di qualche amanuense del X / XI secolo perché il Fozio che tutti conosciamo (unico reperito con rapida ricerca) è vissuto circa due secoli dopo Beda.

⁹ Lc 10, 20 Vulg.: "audete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis."; tuttavia "Gaudete et exsultate" si trova in Mt 5, 12 Vulg.: "gaudete, et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis."; il testo italiano viene adeguato.

¹⁰ Questo passo è presente anche in questo stesso tractatus 45 di Agostino, ma molto oltre al § 14, evidenziato con pari colore.

²⁵ Gonfiandosi la bocca con le loro parole.

²⁶ "umile / umiliarsi", cioè "stare a terra / chinarsi a terra". Avrei quindi dovuto parlare di "porta bassa" e di "abbassarsi", ma ho voluto mantenere i figli italiani dei termini latini per mettere in evidenza la dimensione spirituale di questa immagine. Ne è rappresentazione plastica la celeberrima porticina che, all'Eremo delle Carceri, introduce in un piccolo antro dove san Francesco soleva giacere sulla roccia.

²⁷ Rm 6, 9. In italiano evidenzio col corsivo la citazione.

Alienos vero ductores non sequuntur, sed fugiunt ab eis, quia non noverunt vocem, id est doctrinam, alienorum. Sed loquente Domino Jesu, non intellexerunt, qui audierunt (*Isa. VI*)¹¹; incrassatum enim habuerunt cor, et graviter audierunt (*Act. XXVIII*).¹²

Nominat ostium, nominat ovile, nominat oves, commendat haec omnia, sed nondum exponit. Legamus ergo quia venturus est ad ea verba in quibus nobis aliqua quae dixit dignetur exponere; ex quorum expositione dabit nobis fortasse etiam illa quae non exposuit intelligere. Pascit enim manifestis, exercet obscuris.

Audiamus exponentem, qui audivimus proponentem.

*Dicit ergo eis iterum Jesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium.*¹³ Ecce ipsum ostium, quod clausum posuerat, aperuit. Ipse est ostium. Agnovimus, intremus, ut nos intrasse gaudeamus.

*Omnes quotquot venerunt, fures sunt et latrones.*¹⁴ Quid est hoc, Domine? *Omnes quotquot venerunt.* Quid enim? tu venisti, Sed intellige:

Omnes quotquot venerunt, dixit, utique praeter me. Recolamus ergo. Ante adventum ipsius venerunt prophetae; nunquid fures fuerunt et latrones? Absit. Non praeter illum venerunt, sed cum illo venerunt.

Cum illo, inquam, venerunt, quia venturus praecones mittebat, et eorum corda quos miserat possidebat.

Cum illo ergo venerunt, quia cum verbo Dei venerunt. *Ego sum,* inquit, *via, veritas et vita* (*Joan. IV*)¹⁵. Ipse est veritas. Cum illo venerunt, quia veraces fuerunt,

et veritatem praedicaverunt.

Quotquot autem praeter illum venerunt, fures sunt et latrones.

Per se venerunt, quia per eum missi non fuerunt, dicente Apostolo: *Quomodo*

della sua dottrina. Non seguono invero le guide estranee, ma fuggono da loro, perché non hanno conosciuto la voce, cioè la dottrina, degli estranei. Ma quando parlava il Signore Gesù, coloro che acoltarono non compresero (cfr Is 6, 9); infatti avevano il cuore coperto di grasso, ed erano duri ad ascoltare (cfr At 28, 27).

Nomina la porta, nomina l'ovile, nomina le pecore; richiama l'attenzione su tutte, ma ancora non spiega. Leggiamo dunque, perché sta per giungere a quelle parole in cui si degna spiegarci qualcosa di ciò che ha detto; e con la loro spiegazione forse ci darà di capire anche quanto non avrà spiegato. Infatti nutre con le cose chiare, stimola con le oscure.

Ascoltiamo spiegare colui che abbiamo udito proporre.

Allora Gesù disse loro di nuovo: In verità, in verità io vi dico: io sono la porta delle pecore. Ecco, ci ha aperto quella porta che aveva presentato chiusa. Egli stesso è la porta. Prendiamone atto, entriamo, per rallegrarci di essere entrati.

Tutti coloro che sono venuti [...], sono ladri e briganti. Che significa, Signore? *Tutti coloro che sono venuti sono ladri e briganti.* Che, dunque? tu sei venuto. Ma comprendi: *tutti coloro che sono venuti,* disse, ben inteso tranne me. Riflettiamo dunque. Prima del suo avvento vennero i profeti; forse che erano ladri e briganti? Non sia mai. Non erano venuti a prescindere da lui, ma erano venuti con lui.

Con lui, dico, erano venuti, perché colui che doveva venire mandava gli araldi, e possedeva il cuore di coloro che mandava.

Sono venuti dunque con lui perché sono venuti con la parola di Dio. *Io sono,* dice, *la via, la verità e la vita* (*Gv 14, 6*). Egli è la verità. Sono venuti con lui, perché sono stati veraci,

e hanno predicato la verità.

Tutti quelli invece che sono venuti al di fuori di lui sono ladri e briganti.

Vennero da sé, perché non furono mandati da lui, come dice l'Apostolo: *E come lo*

6. Tecte tamen adhuc loquitur Dominus Iesus, nondum intellegitur:

nominat ostium, nominat ovile, nominat oves; commendat haec omnia, sed nondum exponit. Legamus ergo, quia venturus est ad ea verba in quibus nobis aliqua quae dixit dignetur exponere: ex quorum expositione dabit nobis fortasse etiam illa quae non exposuit, intellegere. Pascit enim manifestis, exercet obscuris.

Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde. Vae misero, quia casurus est! Sit ergo humilis, per ostium intret: plano pede veniat, et non offendet. *Ille,* inquit, *fur est et latro.* Oves suas vult dicere oves alienas: ad hoc suas, id est, furto ablatas, non ut salvet, sed ut occidat. Ergo fur est, quia quod alienum est, suum dicit: latro, quia et quod est furatus, occidit. *Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium: huic ostiarius aperit.* De ostiario isto tunc quaeramus, quando ab ipso Domino audierimus quod sit ostium, et qui sit pastor. *Et oves vocem eius audiunt, et proprias oves vocat nominatim.* Habet enim nomina earum scripta in libro vitae. *Proprias oves vocat nominatim.* Hinc dicit Apostolus: *Novit Dominus qui sunt eius. Et educit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo; quia non noverunt vocem alienorum.* Tecta sunt haec, plena quaestionibus, grava sacramentis. Sequamur ergo et audiamus magistrum ex his obscuris aliquid aperientem; et per id quod aperit, nos forte intrare facientem.

7. *Hoc proverbium dixit illis Iesus; illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis.*

Forte nec nos. Quid ergo interest inter illos et nos, antequam ista verba agnoscamus et nos? Quia nos pulsamus ut aperiatur nobis; illi autem Christum negando nolebant intrare servandi, sed foris remanere perdendi. Quod ergo nos audimus haec pie, quod antequam illa intellegamus, credimus vera esse atque divina, magna ab istis diversitate distamus. Cum enim duo audiunt verba Evangelii, unus impius, alter pius, et alia sunt ut forte ambo non intellegant, unus dicit: Nihil dixit; alius dicit: Verum dixit, et bonum est quod dixit, sed nos non intellegimus: iste quia credit iam pulsatur, et dignus est cui aperiatur, si pulsare persistat; ille vero adhuc audit: *Nisi credideritis, non intellegitis.* Quare ista commendo? Quia etiam cum verba haec obscura, sicut possum, exposuero, aut quia valde sunt abditata, vel ego eorum non apprehendero intellegentiam, vel explicandi quod intellego non habuero facultatem, vel tam fuerit quisque tardus, ut etiam exponentem non sequatur; non de se desperet: maneat in fide, ambulet in via, audiat Apostolum dicentem: *Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis Deus revelabit: verumtamen in quod pervenimus, in eo ambulemus.*

Cum illo venerunt qui veraces fuerunt.

8. Incipiamus ergo audire exponentem, quem audivimus proponentem.

Dixit ergo iterum eis Iesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium.

Ecce ipsum ostium quod clausum posuerat, aperuit. Ipse est ostium.

Agnovimus, intremus, aut nos intrasse gaudeamus.

Omnes quotquot venerunt, fures sunt et latrones. Quid est hoc, Domine: *Omnes quotquot venerunt?* Quid enim? tu non venisti? Sed intellege:

Omnes quotquot venerunt dixi, utique praeter me. Recolamus ergo.

Ante adventum ipsius venerunt Prophetae; numquid fures et latrones fuerunt? Absit. Non praeter illum venerunt, quia cum illo venerunt.

Venturus praecones mittebat, sed eorum corda quos miserat, possidebat.

Vultis nosse quia cum illo venerunt, qui est ipse semper? Carnem quippe accepit ex tempore. Quid est ergo semper? *In principio erat Verbum.*

Cum illo ergo venerunt, qui cum verbo Dei venerunt. *Ego sum,* inquit, *via et veritas et vita.* Si ipse est veritas, cum illo venerunt qui veraces fuerunt.

Quotquot ergo praeter illum, fures et latrones;

¹¹ Is 6, 9 Vulg.: "Audite audientes, et nolite intelligere;".

¹² At 28, 27 Vulg.: "Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt;".

¹³ Gv 10, 7 Vulg. e VL: "Dixit ...".

¹⁴ Gv 10, 8. NCEI traduce: "Tutti coloro che sono venuti prima di me, sono ladri e briganti;" sulla base di VulgN: "Omnes, quotquot venerunt ante me, ..."; allineo a Vulg. il testo italiano.

¹⁵ In realtà Gv 14, 6.

praedicabunt, nisi mittantur (Rom. X)? Et quia per se venerunt, et non sunt ab eo missi, fures sunt et latrones. Nam ante adventum Christi falsi fuerant in populo Dei Prophaetae, falsi doctores, sicut post adventum illius sub nomine Christiano quamplurimi falsi fuerunt doctores, nec doctores, sed seductores; non praedicatores, sed praedatores, latrocinia exercentes, non sanae doctrinae inhaerentes, sed falsae, de quibus dictum est: *Fures sunt, et latrones*, id est, **ad furandum et occidendum** venerunt. Sed non audierunt eos illae quae verae sunt oves, non sub pelle ovina lupinum cor abscondentes. Igitur qui ante adventum Christi praedicaverunt, eodem spiritu praedicaverunt, quo Apostoli et sancti doctores, qui post adventum Christi veritatis viam mundo ostenderunt.

Quotquot autem illo tempore crediderunt, vel Abraham, vel Isaac, vel Jacob, vel Mosi, vel aliis patriarchis, aliisque prophetis Christum praenuntiantibus, oves erant, et Christum crediderunt, non alienam vocem, sed ipsius Christi audierunt. Nam iudex clamabat in praecone,

dum praeco iudicem annuntiabat venturum.

Alii sunt ergo quos non audierunt oves, in quibus non erat vox Christi,

errantes, falsa docentes, inania garrientes, vana fingentes, miseros seducentes, sicut pseudoprophetae, sicut scribae et Pharisei temporibus ipsius Domini. Hi sunt qui venerunt per se, et non sunt a iudice missi. His vero cum doctrinis suis procul expulsis, videamus quos non Pastor bonus vocat.

annunceranno, se non sono stati inviati (Rm 10, 15)? E poiché vennero da sé, e non sono inviati da lui, sono ladri e briganti. Infatti prima dell'avvento di Cristo nel popolo di Dio ci furono falsi profeti, falsi dottori, così come dopo il suo avvento sotto il nome cristiano ci furono moltissimi falsi dottori, anzi, non dottori, ma seduttori; non predicatori, ma predatori, che esercitano il ladrocinio, non aderiscono alla sana dottrina, ma alla falsa; di loro è detto: *Sono ladri e briganti*, cioè vennero per rubare e uccidere. Ma non li ascoltarono quelle che sono vere pecore, quelle che sotto la pelle di pecora non nascondono un cuore di lupo. Pertanto quelli che predicarono prima dell'avvento di Cristo, predicarono col medesimo spirito con cui gli Apostoli e i santi dottori, dopo l'avvento di Cristo, mostrarono al mondo la verità di Cristo.

Ma tutti quelli che a quel tempo credettero ad Abramo, o ad Isacco, o a Giacobbe, o a Mosè, o agli altri patriarchi, e agli altri profeti che preannunciavano Cristo, erano pecore e credettero Cristo; non hanno ascoltato una voce estranea, ma dello stesso Cristo. Infatti il giudice annunciava ad alta voce nel suo araldo,

quando l'araldo annunciava che sarebbe venuto il giudice.

Ci sono dunque altri che le pecore non hanno ascoltato, nei quali non c'era la voce di Cristo:

nell'errore, insegnano cose false, ciarlano cose inani, inventano cose vane, seducono i miseri, come pseudoprofeti, come scribi e farisei ai tempi dello stesso Signore. Essi sono coloro che vennero da sé, e non sono stati mandati dal giudice. Ma, cacciati costoro lontano con le loro dottrine, vediamo quelli che il buon Pastore non chiama.

id est, **ad furandum et occidendum**.

In signis diversis eadem fides.

9. *Sed non audierunt eos oves.* Maior haec quaestio est, *non audierunt eos oves.* Ante adventum Domini nostri Iesu Christi, quo humilis venit in carne, praecesserunt iusti, sic in eum credentes venturum, quomodo nos credimus in eum qui venit. Tempora variata sunt, non fides. Quia et ipsa verba pro tempore variantur, cum varie declinantur: alium sonum habet: Venturus est; alium sonum habet: Venit: mutatus est sonus, venturus est, et venit: eadem tamen fides utrosque coniungit, et eos qui venturum esse, et eos qui eum venisse crediderunt. Diversis quidem temporibus, sed utrosque per unum fidei ostium, hoc est per Christum, videmus ingressos. Nos credimus Dominum Iesum Christum natum ex Virgine, venisse in carne, passum esse, resurrexisse, in coelum ascendisse: totum hoc, sicut verba auditis praeteriti temporis, impletum esse iam credimus. In eius sunt fidei societate nobiscum et illi patres, qui crediderunt de Virgine nasciturum, passurum, resurrectorum, in coelum ascensurum: illos enim ostendit Apostolus ubi ait: *Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur.* Propheta dixit: *Credidi, propter quod locutus sum:* Apostolus dicit: *Et nos credimus, propter quod et loquimur.* Ut scias autem quod una sit fides, audi dicentem: *Habentes eundem spiritum fidei, et nos credimus.* Sic et alio loco: *Nolo enim vos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt, et omnes in Moysen baptizati sunt, in nube et in mari, et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt.* Mare Rubrum significat Baptismum; Moyses ductor per mare Rubrum significat Christum; populus transiens significat fideles; mors Aegyptiorum significat abolitionem peccatorum. In signis diversis eadem fides: sic in signis diversis, quomodo in verbis diversis; quia verba sonos mutant per tempora, et utique nihil aliud sunt verba quam signa. Significando enim verba sunt: tolle significationem verbo, strepitus inanis est. Significata ergo sunt omnia. Numquid non eadem credebant, per quos haec signa ministrabantur, per quos eadem quae credimus, prophetata praenuntiabantur? Utique credebant: sed illi ventura esse, nos autem venisse. Ideo et sic ait: *Eundem potum spiritalem biberunt.* Spiritalem eundem, nam corporalem non eundem. Quid enim illi bibebant? *Bibebant enim de spiritali sequente petra: petra autem erat Christus.* Videte ergo, fide manente, signa variata. Ibi petra Christus, nobis Christus quod in altari Dei ponitur. Et illi pro magno sacramento eiusdem Christi biberunt aquam profluentem de petra; nos quid bibamus norunt fideles. Si speciem visibilem intendas, aliud est: si intellegibilem significationem, eundem potum spiritalem biberunt.

Quotquot ergo illo tempore crediderunt vel Abraham, vel Isaac, vel Iacob, vel Moysi, vel aliis Patriarchis, aliisque Prophetis Christum praenuntiantibus, oves erant, et Christum audierunt: non alienam vocem, sed ipsius audierunt.

Iudex fuerat in praecone.

Quia et quando iudex loquitur per praeconem, exceptor non facit: Praeco dixit; sed: Iudex dixit.

Alii sunt ergo quos non audierunt oves, in quibus non erat vox Christi, errantes, falsa dicentes, inania garrientes, vana fingentes, miseros seducentes.

10. Quid est ergo quod dixi: Maior haec est quaestio? Quid habet obscurum et ad intellegendum difficile? Audite, obsecro. Ecce Dominus ipse Iesus Christus venit, praedicavit: utique multo magis vox pastoris erat, expressa ipso ore pastoris. Si enim per Prophetas vox pastoris erat, quanto magis vocem pastoris proferebat lingua ipsa pastoris? Non omnes audierunt. Sed quid putamus? qui audierunt, oves erant? Ecce audivit Iudas, et lupus erat: sequebatur, sed pelle ovina tectus pastori insidiabatur. Aliqui vero eorum qui Christum crucifixerunt, non audiebant, et oves erant: ipsos enim videbat in turba, quando dicebat: *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Quomodo enim ista solvitur quaestio? Audiunt non oves, et non audiunt oves; sequuntur vocem pastoris quidam lupi, et ei quaedam contradicunt oves; postremo pastorem occidunt oves. Solvitur quaestio: respondet enim aliquis, et dicit: Sed quando non audiebant, oves nondum erant, tunc lupi erant; vox audita eos mutavit, et ex lupis oves fecit: quando ergo factae sunt oves, audierunt, et pastorem invenerunt, pastoremque secutae sunt; pastoris promissa speraverunt, quia iussa fecerunt.

11. Soluta est utcumque ista quaestio, et cuiquam forte sufficiat. Me autem adhuc movet, et quid me moveat communico vobiscum, ut quodammodo quaerens vobiscum, revelante illo vobiscum merear invenire. Quid ergo me moveat, accipite. Per Ezechielem prophetam Dominus obiurgat pastores, et dicit inter caetera de ovibus: *Errantem ovem non revocastis.* Et errantem dicit, et ovem appellat. Si quando errabat

ovis erat, cuius vocem ut erraret audiebat? Procul dubio enim non erraret, si vocem pastoris audiret: sed ideo erravit, quia vocem audivit alieni; vocem furis et latronis audivit. Certe latronum vocem non audiunt oves: *Qui venerunt*, inquit, et intellegimus: Praeter me; id est: *Qui venerunt praeter me, fures sunt et latrones, et non audierunt eos oves*. Domine, si non audierunt eos oves, quomodo errant oves? Si oves non audiunt nisi te; tu autem veritas es: quisquis veritatem audit, non utique errat. Illi autem errant, et oves appellantur. Nam si in errore ipso oves non appellarentur, non diceretur per Ezechielem: *Errantem ovem non revocastis*. Quomodo et errat, et ovis est? Vocem alieni audivit? Certe *non audierunt eos oves*. Deinde modo multi colliguntur ad ovile Christi, et ex haereticis fiunt catholici; a furibus tolluntur, pastori redduntur: et aliquando murmurant, taedium patiuntur ad revocantem, et non intellegunt iugulantem; verumtamen etiam cum renitentes venerint quae oves sunt, agnoscunt vocem pastoris, et se venisse laetantur, et errasse erubescunt. Quando ergo in illo errore tamquam in veritate gloriabantur, et utique non audiebant vocem pastoris, et alienum ideo sequebantur, oves erant an non erant? Si oves erant, quomodo alienos oves non audiunt? si oves non erant, quare obiurgantur illi quibus dicitur: *Errantem ovem non revocastis*? In ipsis etiam iam factis catholicis Christianis, bonae spei fidelibus, aliquando mala contingunt; seducuntur in errorem, et post errorem revocantur: quando seducti sunt in errorem, et rebaptizati sunt, aut post ovilis dominici societatem rursus in errorem pristinum revoluti sunt, oves erant an non erant? Utique catholici erant. Si catholici fideles erant, oves erant. Si oves erant, quomodo vocem alieni audire potuerunt, cum Dominus dicat, *non audierunt eos oves*?

12. Audistis, fratres, altitudinem quaestionis.

Dico ergo: *Novit Dominus qui sunt eius*.

Novit praescitos, novit praedestinos: de illo quippe dicitur: *Quos autem praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, ipsos et vocavit; et quos vocavit, ipsos et iustificavit; quos autem iustificavit, ipsos et glorificavit. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Adde adhuc: Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non et cum illo omnia nobis donavit?* Sed quibus nobis? Praescitis, praedestinis, iustificatis, glorificatis: de quibus sequitur: *Quis accusabit adversus electos Dei? Novit ergo Dominus qui sunt eius*; ipsae sunt oves. Aliquando se ipsae nesciunt, sed pastor novit eas, secundum istam praedestinationem, secundum istam Dei praescientiam, secundum electionem ovium, ante constitutionem mundi: nam et hoc dicit Apostolus: *Sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi*. Secundum istam ergo praescientiam Dei et praedestinationem, quam multae oves foris, quam multi lupi intus; et quam multae oves intus, et quam multi lupi foris! Quid est quod dixi, quam multae oves foris? Quam multi modo luxuriantur, casti futuri; quam multi blasphemant Christum, credituri in Christum; quam multi se inebriant, futuri sobrii; quam multi rapiunt res alienas, donaturi suas! verumtamen modo vocem alienam audiunt, alienos sequuntur. Item quam multi intus laudant, blasphematuri; casti sunt, fornicaturi; sobrii sunt, se vino postea sepulturi; stant, casuri! non sunt oves. (De praedestinatione enim loquimur; de his loquimur quos novit Dominus, qui sunt eius.) Et tamen ipsi quamdiu recte sapiunt, Christi vocem audiunt. Ecce audiunt ipsi, non audiunt illi: et tamen secundum praedestinationem non oves isti, oves illi.

Maneat pietas et revelabitur veritas.

13. Adhuc manet quaestio, quae mihi interim nunc videtur ita posse dissolvi. Est aliqua vox, est, inquam, vox aliqua pastoris, in qua oves non audiunt alienos, in qua non oves non audiunt Christum. Quae est ista vox! *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Hanc vocem non neglegit proprius, non audit alienus: nam et ille hoc ei praedicat, ut perseveret apud ipsum usque in finem, sed non apud eum perseverando non audit hanc vocem. Venit ad Christum, audivit alia et alia verba, illa et illa, omnia vera, sana omnia: inter quae omnia est et illa vox: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Istam qui audierit, ovis est. Sed audiebat illam nescio quis, et desipuit, refriguit, audivit alienam: si praedestinus est, ad tempus erravit, in aeternum non periit; redit ut audiat quod neglexit, faciat quod audivit. Si enim de his est qui praedestinati sunt, et errorem ipsius Deus praescivit, et conversionem futuram; si aberravit, redit ut audiat illam vocem pastoris, et sequatur dicentem: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Bona vox, fratres, vera, pastoralis, ipsa est *vox salutis in tabernaculis iustorum*. Nam facile est audire Christum, facile est laudare Evangelium, facile acclamare disputatori: perseverare usque in finem, hoc est ovium vocem pastoris audientium. Tentatio accidit, persevera usque in finem: quia tentatio non perseverat usque in finem. Usque in quem finem perseverabis? Quousque finias viam. Quamdiu

Dicit enim:

*Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet.*¹⁶ Et per hoc evidenter ostendit, non solum pastorem, sed etiam oves intrare per ostium.

Sed quid est, *ingredietur et egredietur, et pascua inveniet*? Ingressi quippe in Ecclesiam per ostium Christum, valde bonum est. Exire autem de Ecclesia, sicut ait ipse Joannes evangelista in Epistola sua: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis* (I Joan. II)¹⁷, non est utique bonum. Talis ergo egressus non posset a bono Pastore laudari, ut diceret: *Et ingredietur et egredietur, et pascua inveniet*. Est ergo aliquis non solum ingressus, verum etiam egressus bonus per ostium bonum, quod est Christus.

Sed quis est ille laudabilis et beatus egressus? Possim quidem dicere ingredi nos, quando interius aliquid cogitamus, egredi autem, quando exterius aliquid operamur, et quoniam, sicut dicit Apostolus, *per fidem habitat Christus in cordibus nostris*,¹⁸ egredi per Christum, esse secundum ipsam fidem

etiam foris, id est, coram hominibus operari; unde et in psalmo dicitur: *Exiet homo ad opus suum* (Psal. CIII)¹⁹; et ipse Dominus dicit: *Luceant opera vestra coram hominibus* (Matth. V)²⁰. Sed plus me delectat quod ipsa Veritas tanquam Pastor bonus, et ideo doctor bonus, quodam modo nos admonuit secundum quem modum intelligere debeamus quod ait: *Ingredietur et egredietur, et pascua inveniet*, cum secutus adiunxit:

*Fur non venit, nisi ut furetur, et mactet, et perdat; ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant.*²¹ Videtur enim dixisse ut vitam habeant ingredientes.

Non autem potest quisquam per ostium, id est, per Christum egredi ad aeternam vitam, quae erit in specie, nisi per ipsum ostium, hoc est, per eundem Christum, in Ecclesiam ejus, quod est ovile ejus, intraverit ad vitam temporalem, quae est in fide; ideo ait:

Dice infatti:

Io sono la porta: se uno entra attraverso di me, sarà salvato; entrerà e uscirà e troverà pascolo. Con ciò mostra chiaramente che non solo il pastore, ma anche le pecore entrano per la porta.

Ma che significa: *entrerà e uscirà e troverà pascolo*? Certo entrare nella Chiesa per la porta Cristo è davvero buona cosa. Ma uscire dalla Chiesa, così come dice lo stesso evangelista Giovanni nella sua Lettera: *Sono usciti da noi, ma non erano dei nostri* (1Gv 2, 19), non è certamente cosa buona. Una tale uscita non potrebbe quindi essere lodata dal buon Pastore, col dire: *entrerà e uscirà e troverà pascolo*. C'è dunque non solo un qualche ingresso buono, ma anche un uscire attraverso la porta buona, che è Cristo. Ma qual è questo uscire lodevole e beato? Potrei dire che noi entriamo quando meditiamo interiormente qualcosa, ma che usciamo quando operiamo qualcosa esteriormente; e poiché, come dice l'Apostolo, per mezzo della fede Cristo abita nei nostri cuori (cf. Ef 3, 17), uscire per Cristo è essere secondo la stessa fede

Anche fuori, cioè operare davanti agli uomini; perciò anche nel salmo si dice: *l'uomo esce per il suo lavoro* (Sal 103, 23); e il Signore stesso dice: *risplendano le vostre opere davanti agli uomini* (Mt 5, 16). Ma mi piace di più che la Verità stessa, come buon Pastore, e dunque buon maestro, in qualche modo ci suggerisca in che modo dobbiamo intendere ciò che dice: *entrerà e uscirà e troverà pascolo*, quando di seguito aggiunse:

Il ladro non viene se non per rubare, uccidere e distruggere; io sono venuto perché abbiano la vita e l'abbiano in abbondanza. Sembra infatti che abbia detto: perché abbiano la vita entrando.

Ma uno non può, per la porta – cioè per Cristo - uscire alla vita eterna, che sarà nella visione, se per la medesima porta – cioè per il medesimo Cristo - non sarà entrato nella sua Chiesa, che è l'ovile, alla vita temporale che è nella fede; perciò dice:

enim non audis Christum, adversarius tuus est in ista via, hoc est in ista mortali vita. Sed quid dicit? *Concorda cum adversario tuo cito, dum es cum eo in via.* Audisti, credidisti, concordasti. Si adversaberis, concordat. Si tibi praestitum est concordare, noli ulterius litigare. Quando enim finiatur via nescis, sed tamen scit ille. Si ovis es, et si perseveraveris usque in finem, salvus eris: ac per hoc istam vocem non contemnunt sui, non audiunt alieni. Ut potui, ut ipse donavit, profundam multum quaestionem aut exposui vobis, aut tractavi vobiscum. Si qui minus intellexerunt, maneat pietas, et revelabitur veritas: qui autem intellexerunt, non se extollant quasi celeriores super tardiores, ne extollendo se exorbitent, et facilius perveniant tardiores. Omnes autem perducat cui dicimus: *Deduc me, Domine, in via tua, et ambulabo in veritate tua.*

14. Per hoc ergo quod exposuit Dominus, quia ipse est ostium, intremus ad ea quae proposuit, nec exposuit. Et pastor quidem quisnam sit, quamvis non dixerit in ista lectione quae hodie recitata est, tamen in ea quae sequitur apertissime dicit: *Ego sum pastor bonus.* Quod etsi non diceret, quem alium praeter ipsum intellegere deberemus in eis verbis, ubi ait: *Qui intrat per ostium, pastor est ovium. Huic ostiarius aperit: et oves vocem eius audiunt; et proprias oves vocat nominatim, et educit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: et oves eum sequuntur, quia sciunt vocem eius?* Quis enim alius oves proprias vocat nominatim,

et educit eas hinc ad vitam aeternam, nisi qui novit nomina praedestinatorum? Unde ait discipulis suis:

Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in coelo: hinc enim vocat eas nominatim. Et quis alius eas emittit, nisi qui earum peccata dimittit, ut eum sequi duris liberatae vinculis possint! Et quis eas praecessit quo eum sequantur, nisi qui *surgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur:*

et cum hic conspicuus esset in carne ait: *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum?* Unde illud est quod ait:

Ego sum ostium: per me si quis introierit, salvabitur; et ingredietur, et egredietur; et pascua inveniet. In hoc evidenter ostendit, non solum pastorem, sed etiam oves intrare per ostium.

15. Sed quid est, *ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet*? Ingressi quippe in Ecclesiam per ostium Christum, valde bonum est: exire autem de Ecclesia, sicut ait iste ipse Joannes evangelista in Epistola sua: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis*; non est utique bonum. Talis ergo egressus non posset a bono pastore laudari; ut diceret, *et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet*. Est ergo aliquis non solum ingressus, verum etiam egressus bonus per ostium bonum, quod est Christus.

Sed quis est iste laudabilis et beatus egressus? Possem quidem dicere ingredi nos, quando interius aliquid cogitamus; egredi autem, quando exterius aliquid operamur: et quoniam, sicut dicit Apostolus, per fidem habitat Christus in cordibus nostris, ingredi per Christum esse secundum ipsam fidem cogitare; egredi autem per Christum, secundum ipsam fidem

etiam foris, id est, coram hominibus operari. Unde et in Psalmo legitur: *Exiet homo ad opus suum*: et ipse Dominus dicit: *Luceant opera vestra coram hominibus.*

Sed plus me delectat quod ipsa veritas tanquam pastor bonus, et ideo bonus doctor, quodammodo nos admonuit, quemadmodum intellegere debeamus quod ait, "ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet," cum secutus adiunxit:

Fur non venit nisi ut furetur, et mactet, et perdat: ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant. Videtur enim mihi dixisse: Ut vitam habeant ingredientes,

et abundantius habeant egredientes.

Non autem potest quisque per ostium, id est per Christum, egredi ad vitam aeternam, quae erit in specie, nisi per ipsum ostium, hoc est per eundem Christum in Ecclesiam ejus, quod est ovile ejus, intraverit ad vitam temporalem, quae est in fide. Ideo ait:

¹⁶ Gv 10, 9.

¹⁷ 1Gv 2, 19 Vulg.: "Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis."; VL: "Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis."

¹⁸ Cfr Ef 3, 17 Vulg.: "Christum habitare per fidem in cordibus vestris:". In italiano non evidenzio col corsivo in quanto la citazione non è letterale.

¹⁹ Sal 103, 23 Vulg.: "Exibit homo ad opus suum,"; Sabatier in nota: "August cun Psalt. Rom. Corb. & Moz. Exiet homo ... [...] Cassiod. in eund. Ps. Exiet homo;"

²⁰ Mt 5, 16 Vulg.: "Sic luceat lux vestra coram hominibus : ut videant opera vestra bona,"; Sabatier in nota: "Tertul. de cultu fem. c. 13. p. 268. a. & l. de idol. c. 15. p. 243. c. cum Coelestino. Ep. 4. ad ep. Vien. to. 1. 1067. c. *Luceant opera vestra.* [...] Ambros. l. 2. de interpel. Sav. c. 4. Col. 644. a. *Opera vestra luceant coram Patre meo qui in coeli est.* August in ep. ad Galat. to. 3. 946. c. *Luceant opera vestra coram hominibus* ...[anche sul Sal 105, nel de Civit. Dei, nell'epist. 140 e altri].". La traduzione NCEI viene adeguata.

²¹ Gv 10, 10.

Ego veni ut vitam habeant, hoc est, fidem, quae per dilectionem operatur²²; per quam fidem in ovile ingrediuntur ut vivant, quia *justus ex fide vivit* (*Habac. II*)²³. *Et abundantius habeant*, qui perseverando usque in finem, per illud ostium, id est, per fidem Christi egrediuntur, quoniam veri fideles moriuntur, et abundantius habebunt vitam, veniendo quo pastor ille praecessit, ubi nunquam deinde moriantur. Quamvis ergo et hic in ipso ovili non desint pascua (quoniam ad utrumque possumus intelligere quod dictum est: *Et pascua inveniet*, id est, et ad ingressum, et egressum), tamen **vere** pascua invenient ubi saturentur qui esuriunt et sitiunt iustitiam (*Matth. XV*).²⁴ Quidam pascua invenit, cui dictum est: *Hodie mecum eris in paradiso* (*Luc. XXIII*). Sequitur de boni pastoris perfectione sententia Domini, et de mali pastoris fuga, quem mercenarium nominat.

Ego sum, inquit, *Pastor bonus*.
*Pastor bonus animam suam dat pro ovibus suis; mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, non pertinet ad eum de ovibus.*²⁹

Loquens Dominus Iesus ovibus suis, et praesentibus et futuris, quae tunc aderant, quia erant ibi iam oves ejus, erant quae futurae erant oves ejus, et in praesentibus et futuris, et illis et nobis, et quotquot etiam post nos fuerint oves ejus,

quam suas amet, ostendit. Omnes ergo audient vocem pastoris sui, dicentis: *Ego sum Pastor bonus*, non adderet *bonus*, nisi essent pastores mali. Sed pastores mali ipsi sunt fures et latrones, aut certe, ut multum, mercenarii. Omnes enim hic personas quas potuit requirere, distinguere, nosse debemus. Aperuit enim viam ad duas res Dominus, quas quodammodo clausas posuerat. Jam scimus quia ostium ipse est, scimus quia pastor ipse est. Fures et latrones qui sint, **priori sententia** patefactum est. **Nunc** autem audivimus mercenarium, audivimus et lupum, nominatus est et ostiarius. In bonis ergo ostium est, ostiarius, pastor, et oves; in malis fures et latrones, mercenarius et lupus. Ostium Dominum Iesum Christum accipimus, pastorem ipsum.

Ostiarium nobis quaerendum reliquit, et quid ait ad ostiarium?
Huic, inquit, *ostiarius aperit*.³⁰ Cui aperit? pastori; quid aperit pastori? ostium, et quis est ipsum ostium? ipse **etiam** pastor. Diversa sunt nomina, pastor, ostium, ovis, unum aliquid significantia. **Nam ipsius Domini verba paulo ante audivimus;**
Ego sum ostium.³¹ Et hic modo lectum est nobis: *Ego sum pastor*,³²

io sono venuto perché abbiano la vita, cioè *la fede che si rende operosa per mezzo della carità*; e per mezzo di questa fede entrano nell'ovile per vivere, perché *il giusto per fede vive* (Ab 2, 4). *E l'abbiano in abbondanza*, coloro che, perseverando sino alla fine, per quella porta, cioè per mezzo della fede di Cristo, escono, perché muoiono da veri fedeli; e avranno una vita più abbondante, andando dove il medesimo pastore li ha preceduti, dove non moriranno più. Quantunque anche qui, nello stesso ovile, non manchino pascoli (poiché ad entrambi, cioè all'ingresso e all'uscire, possiamo applicare ciò che viene detto: *troverà pascolo*), tuttavia troveranno veramente i pascoli dove saranno saziati *quelli che hanno fame e sete della giustizia* (cfr Mt 5, 6). Un tale ha trovato i pascoli, a lui è detto: *oggi con me sarai nel paradiso* (Lc 23, 43). Segue l'affermazione del Signore sulla perfezione²⁸ del buon pastore, e sulla fuga del pastore malvagio, che chiama mercenario.

Io sono il buon pastore.
Il buon pastore dà la propria vita per le pecore. Il mercenario invece fugge, perché è un mercenario e non gli importa delle pecore.

Parlando il Signore Gesù alle sue pecore, sia presenti che future, che erano allora presenti - poiché c'erano là le pecore già sue, e c'erano quelle che sarebbero state sue pecore -, alle presenti e alle future, a loro e a noi, e a quanti anche dopo di noi saranno sue pecore, mostra quanto ami le sue. Tutte dunque ascolteranno la voce del loro pastore, che dice: *Io sono il buon pastore*. Non avrebbe aggiunto *buono* se non ci fossero cattivi pastori. Ma i cattivi pastori sono i ladri e i briganti, o certo, perlopiù, i mercenari. Tutti infatti dobbiamo individuare, discernere riconoscere queste persone. Il Signore infatti ci ha indicato la pista di due cose che aveva presentato piuttosto oscure. Sappiamo già che la porta è lui, sappiamo che lui è il pastore. Chi siano i ladri e briganti è stato chiarito nella precedente proposizione. Ora invece abbiamo sentito mercenario, abbiamo sentito anche lupo, è stato nominato anche il portinaio. Fra i buoni quindi: la porta, il portinaio, il pastore e le pecore; fra i cattivi: i ladri e i briganti, il mercenario e il lupo. Abbiamo recepito che il Signore Gesù Cristo è la porta e il pastore stesso.

Ha lasciato a noi di individuare il portinaio, e che dice al portinaio?
Il guardiano, dice, *gli apre*. A chi apre? al pastore; cosa apre al pastore? la porta; e chi è la porta stessa? È anche il pastore stesso. I nomi sono diversi: pastore, porta, pecore, che significano una sola cosa. Infatti poco fa abbiamo ascoltato le parole del Signore stesso;
Io sono la porta. E qui ora ci viene letto: *Io sono il pastore*,

Ego veni, ut vitam habeant, hoc est fidem, quae per dilectionem operatur; per quam fidem in ovile ingrediuntur ut vivant, quia iustus ex fide vivit: *et abundantius habeant*, qui perseverando usque in finem, per illud ostium, id est, per fidem Christi egrediuntur, quoniam veri fideles moriuntur; et abundantius habebunt vitam, veniendo quo pastor ille praecessit, ubi nunquam deinde moriantur. Quamvis ergo et hic in ipso ovili non desunt pascua, quoniam ad utrumque possumus intellegere quod dictum est, *et pascua inveniet*, id est, et ad ingressum et ad egressum: tamen tunc **vera** pascua invenient, ubi saturentur qui esuriunt et sitiunt iustitiam; qualia pascua invenit cui dictum est: *Hodie mecum eris in paradiso*. Quomodo autem ipse sit ostium, ipse pastor, ut per seipsum quodammodo etiam ipse ingredi et egredi intellegatur, et quisnam sit ostiarius, longum est hodie quaerere, et disserendo sicut ipse donaverit explicare.

TRACTATUS XLVI

Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem... (Io 10, 11-13). Et mercenarii necessarii sunt. Multi quippe in Ecclesia commoda terrena sectantes, Christum tamen praedicant, et per eos vox Christi auditur; et sequuntur oves, non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium.

1. Loquens Dominus Iesus ovibus suis, et praesentibus, et futuris quae tunc aderant; quia erant ubi iam oves eius erant, quae futurae erant eius oves: item praesentibus et futuris, et illis et nobis, et quotquot etiam post nos fuerint oves eius,

quis ad eas missus esset, ostendit. Omnes ergo audient vocem pastoris sui dicentis: *Ego sum pastor bonus*. Non adderet, *bonus*, nisi essent pastores mali. Sed pastores mali, ipsi sunt fures et latrones: aut certe, ut multum, mercenarii. Omnes enim hic personas quas posuit, requirere, distinguere, nosse debemus. Aperuit enim iam duas res Dominus, quas quodammodo clausas proposuerat: iam scimus quia ostium ipse est, scimus quia pastor ipse est. Fures et latrones qui sint, **in hesterna lectione** patefactum est; **hodie** autem audivimus mercenarium, audivimus et lupum: **heri** nominatus est et ostiarius. In bonis ergo ostium est, ostiarius, pastor et oves: in malis fures et latrones, mercenarii, lupus.

2. Ostium Dominum Christum accipimus, pastorem ipsum: ostiarium quem? Haec enim duo ipse exposuit; ostiarium nobis reliquit quaerendum. Et quid ait de ostiario?
Huic, inquit, *ostiarius aperit*. Cui aperit? Pastori. Quid aperit pastori? Ostium. Et quis est ipsum ostium? Ipse pastor.
Numquid, si Dominus Christus non exposuisset, non ipse dixisset:

Ego sum pastor, et: *Ego sum ostium*, auderet quisquam nostrum dicere quod ipse Christus sit et pastor et ostium? Si enim diceret: *Ego sum pastor*, et non diceret: *Ego sum ostium*; quaesituri eramus quid esset ostium, et forte aliud putantes ante ostium remansuri. Gratia illius et misericordia nobis exposuit pastorem, seipsum dixit; exposuit ostium, seipsum dixit: ostiarium quaerendum nobis reliquit. Quem nos dicturi sumus ostiarium? Quemlibet invenerimus, cavendum est ne maior existimetur quam ipsum ostium; quia ostiarius in domibus hominum maior est ostio. Ostiarius enim ostio, non ostium praepositur ostiario; quia ostiarius ostium, non ostium custodit ostiarium. Non audeo dicere aliquem ostio maiorem; audivi enim iam quid sit ostium: non me latet, non sum

²² Gal 5, 6 Vulg.: “fides, quae per charitatem operatur.”; Sabatier in nota: “August. in Gal. 5. 6. To. 3. p. 2. col. 967. d. c. [...] *qua per dilectionem operatur*: ita rursus ... Leo M. ser. 44. p. 110. f. [...] *qua per dilectionem operatur*.”. In italiano evidenzio col corsivo poiché è citazione testuale.

²³ Ab 2, 4 Vulg.: “justus autem in fide sua vivet.”; Sabatier in nota: “Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 713. a. legit: *justus ex fide sua vivet*, [...] Ambrosiast. p. 47. a. *justus autem ex fide vivet*.”. in Vulg. la citazione testuale si trova in Gal 3, 11; cfr anche Rm 1, 17, cfr Ebr 10, 38.

²⁴ In realtà Mt 5, 6 Vulg.: “Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam : quoniam ipsi saturabuntur.”. In italiano, pur segnalando con “cfr”, evidenzio in corsivo la parte di citazione testuale.

²⁸ Ho deciso di lasciare il pronipote del vocabolo latino, perché non volevo dilungarmi nello svolgerlo, e per mantenere quell'area di indeterminatezza in esso contenuta. Ma non posso esimermi dal notare che in questa “perfezione”, in questo “portare a compimento” la propria missione, non possiamo non comprendere la donazione della vita, come possiamo capire dal contrappasso con la fuga del mercenario.

²⁹ Gv 10, 11. 13 Vulg. NCEI traduce secondo VulgN, che al v. 13 salta la prima parte: “mercenarius autem fugit”, limitandolo a: “quia mercennarius est et non pertinet ad eum de ovibus.”; in italiano pertanto integro sulla base di Vulg.

³⁰ Gv 10, 3.

³¹ Gv 10, 9.

³² Gv 10, 11.

qui etiam ab amico sponsi agnus nominatur, sicut in hoc praesenti Evangelio audivimus:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. I).³³

de quo multo ante propheta praedixit: *Tanquam ovis ad occisionem ductus est* (Isa. LIII)³⁴; quamvis totum corpus suum oves illius intelligantur. Potest et ille ostiarius intelligi, quia nemo ingreditur, vel egreditur, nisi eo aperiente, quia habet clavem David; qui aperit, et nemo claudit; claudit, et nemo aperit (Apoc. III).

Non ergo pigeat nos secundum quamdam similitudinem ipsum ostiarium accipere, quem et ostium.

Quis est ostiarius, nisi qui aperit? Quis aperit, nisi qui se exponit? dicente ipso: *Ego sum via, veritas et vita* (Joan. XIV).

Si forte tibi voluntas est aliam quaerere personam ostiarii, Spiritus sanctus est, de quo

ipse Dominus discipulis suis ait: *Ipsa docebit vos omnem veritatem* (Joan. XVI). Ostium quidem Christus, Christus quidem veritas. Quis aperit ostium, nisi qui docet omnem veritatem?

Dum Dominus boni pastoris opus ostendere voluit, seipsum proposuit in exemplum, dicens: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis*. Fecit quod monuit, ostendit quod jussit. Animam suam posuit pro ovibus suis. Ostensa est nobis de contemptu mortis via quam sequamur, apposita forma, cui imprimamur.

Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus ejus impendere; postremum vero, si necesse sit etiam mortem nostram pro eisdem ovibus ministrare.

Quis non dat pro ovibus subsistantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? Exposuimus, vel magis Domino docente intelleximus quis sit pastor,

quis ostium, quis ostiarius, quae etiam et oves,

necnon qui sint fures et latrones, cognovimus; sed modo de mercenario et lupo consideremus, de quibus ipse Dominus dixit:³⁵

*Mercenarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves propriae, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit.*³⁶

Non pastor, sed mercenarius vocatur, quia non pro amore intimo oves Dominicas, sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est, qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non quaerit, terrenis commodis inhiat, honore praelationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus

che dall'amico dello sposo è anche nominato agnello, come abbiamo udito nel presente Vangelo:

Ecco l'agnello di Dio, colui che toglie i peccati del mondo! (Gv 1, 29),

del che molto prima aveva predetto il profeta: *Come una pecora egli fu condotto al macello* (Is 53, 7-8); benché tutte le sue pecore siano intese [come] suo corpo. Può anche essere inteso il guardiano, perché nessuno entra o esce se lui non apre, perché *ha la chiave di Davide: quando egli apre nessuno chiude e quando chiude nessuno apre* (Ap 3, 7).

Dunque non ci spiaccia, secondo una qualche similitudine, riceverlo portinaio, e anche porta.

Chi è il portinaio, se non chi apre? E chi apre, se non colui che si rivela? Col dire: *Io sono la via, la verità e la vita* (Gv 14, 6).

Se per caso hai voglia di cercare un'altra figura di portinaio, è lo Spirito santo, del quale

il Signore stesso dice ai suoi discepoli: *Egli vi guiderà a tutta la verità* (Gv 16, 13). Porta certo è Cristo. Cristo certo verità. Chi è che apre la porta se non colui che insegna tutta la verità?

Quando il Signore volle mostrare l'opera del buon pastore, propose se stesso come esempio, dicendo: *Il buon pastore dà la propria vita per le pecore*. Fece ciò che consigliava, mostrò ciò che comandava. Diede la sua vita per le sue pecore. Col disprezzo della morte ci è mostrata la via da seguire, ci è data la forma di cui siamo improntati. Dapprima è nostro compito spendere con misericordia le nostre [attività] esteriori per le sue pecore; infine, invero, se sia necessario, offrire anche la nostra morte per le medesime pecore. Chi non dà per le pecore le sue sostanze, quando per esse darà la sua vita? Abbiamo esposto, o, meglio, abbiamo capito, coll'insegnamento del Signore, chi sia il pastore, chi la porta, chi il portinaio, chi anche le pecore, e pure abbiamo conosciuto chi siano i ladri e briganti; ma ora ragioniamo del mercenario e del lupo, dei quali lo stesso Signore disse:

Il mercenario – che non è pastore e al quale le pecore non appartengono – vede venire il lupo, abbandona le pecore e fugge;

Non è chiamato pastore, ma mercenario, perché non pasce per intimo amore le pecore del Signore, ma per un salario nel tempo. È certo mercenario colui che senza dubbio tiene il posto del pastore, ma non cerca il guadagno delle anime, brama le comodità terrene, gode per l'onore della prelazione, si pasce dei guadagni nel tempo, si allietta

dimissus coniecturae meae, non mihi humana est relaxata suspicio; Deus dixit, veritas dixit, mutari non potest quod immutabilis dixit.

3. Dicam ergo in huius profunditate quaestionis quid mihi videatur: eligat unusquisque quod placet; pie tamen sentiat, sicut scriptum est: *Sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quaerite illum*. Ostiarium forte ipsum Dominum debemus accipere. Multo sunt enim inter se diversa in rebus humanis pastor et ostium, quam ostiarius et ostium; et tamen Dominus et pastorem se dixit, et ostium. Cur ergo non intellegamus ipsum et ostiarium? Si enim consideremus proprietates, Dominus Christus nec pastor est, sicut consuevimus nosse et videre pastores; nec ostium est, non enim eum faber fecit: si autem secundum aliquam similitudinem, et ostium et pastor est; audeo dicere, et ovis est: ovis nempe sub pastore est, tamen ille et pastor est et ovis. Ubi est pastor? Ecce hic habes, lege Evangelium: *Ego sum pastor bonus*. Ubi est ovis? Interroga prophetam: *Sicut ovis ad immolandum ductus est*. Interroga amicum sponsi:

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

Adhuc aliquid secundum istas similitudines mirabilis sum dicturus. Et agnus enim et ovis et pastor inter se amica sunt; contra leones autem a pastoribus oves custodiri solent: et tamen de Christo, cum sit ovis et pastor, legimus dictum: *Vicit leo de tribu Iuda*. Haec omnia, fratres, secundum similitudines accipite, non secundum proprietates. Solemus videre pastores sedere supra petram, et inde commissa sibi pecora custodire: utique melior pastor quam petra, super quam sedet pastor; et tamen Christus et pastor et petra. Totum hoc secundum similitudinem. Proprietatem autem si quaeras a me; *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*. Si quaeras a me proprietatem; Filius unicus de Patre in aeternum ab aeterno genitus, aequalis gignenti, per quem facta sunt omnia, cum Patre incommutabilis, et accepta forma hominis non mutatus, ex incarnatione homo, filius hominis et Filius Dei. Hoc totum quod dixi, non similitudo, sed res est.

Quis sit ostiarius.

4. Non ergo pigeat nos, fratres, secundum quasdam similitudines ipsum accipere ostium, ipsum ostiarium.

Quid est enim ostium? Qua intramus.

Quis est ostiarius? Qui aperit. Quis ergo se aperit, nisi qui seipsum exponit?

Ecce Dominus dixerat ostium, non intellexeramus; quando non intelleximus, clausum erat: qui aperuit, ipse est ostiarius. Nulla est ergo necessitas aliquid aliud quaerere, nulla necessitas: sed fortasse est voluntas. Si est voluntas, noli exorbitare, noli a Trinitate discedere. Si personam aliam quaeris ostiarii, Spiritus sanctus occurrat: non enim dedignabitur ostiarius esse Spiritus sanctus, quando ipsum ostium esse dignatus est Filius. Vide ostiarium forte Spiritum sanctum:

ipse Dominus discipulis suis de Spiritu sancto dicit: *Ipsa vos docebit omnem veritatem*.

Ostium quid est? Christus. Quid est Christus? Veritas. Quis aperit ostium, nisi qui docet omnem veritatem?

Quis sit mercenarius.

5. De mercenario autem quid dicimus? Non in bonis hic commemoratus est. *Pastor bonus, ait, animam suam dat pro ovibus*.

Mercenarius, et qui non est pastor, cuius non sunt oves propriae, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit;

³³ Gv 1, 29 Vulg.: “Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.”; Sabatier in nota attesta “peccata” in: “Fossat. [...] Cypr. l. 2. Testim. p. 291. c. [...] Zeno Veron. tract. 55. p. 267.”. La traduzione viene adeguata.

³⁴ Is 53, 7 Vulg.: “sicut ovis ad occisionem ducetur.”. La citazione testuale è in realtà da At 8, 32: “Tanquam ovis ad occisionem ductus est.”. Sabatier in nota: “Tertul. L. adv. Jud. C. 9. P. 143. B. tanquam ovis ad victimam ductus est, [...] & liber de resur. Carn. P. 573. Tanquam ovis ad victimam adductus est, [e da altre sue opere] [...] Ambros l. 2. De Abr. C. 8. P. 335. B. tanquam ovis ad victimam ductus est.”. in italiano mi servo della traduzione da At ma segnalando Is.

³⁵ Da qui sino alla fine del presente tractatus di Agostino, e dei passi paralleli di Beda, è un'unica argomentazione sulla figura del mercenario.

³⁶ Gv 10, 12.

reverentia laetatur. Ista enim mercedis mercenarii, ut pro eo ipso quod in regimine laborat, hoc quod quaerit inveniatur, et ab hereditate gregis in posterum alienum existat. Lupus enim super oves venit, cum quilibet injustus et raptor fideles quosque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur, et non erat, relinquit oves, et fugit, quia dum sibi ab eo periculum metuit, resistere ejus injustitiae non presumit.

Fugit autem, non mutando locum, sed subtrahendo solatium. Fugit, quia injustitiam vidit, et tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Sed est alius lupus, qui sine cessatione quotidie, non corpora, sed mentes dilaniat, malignus videlicet spiritus, qui causas fidelium insidians circuit, et mortes animarum quaerit (*I Petr. V*); de quo lupo mox subditur:

*Et lupo rapit et dispergit oves.*³⁷

Lupus venit, et mercenarius fugit, quia malignus spiritus mentes fidelium in tentatione dilaniat, et is qui locum pastoris tenet curam sollicitudinis non habet. Animae pereunt, et ipse de terrenis commodis laetatur. Lupus rapit et dispergit oves, cum alium ad luxuriam pertrahit, alium in avaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam dividit, hunc invidia stimulat, illum in fallacia supplantat. Quasi ergo gregem lupo dissipat, cum fidelium populum diabolus per tentationes necat; sed contra haec mercenarius nullo zelo accenditur, nullo fervore dilectionis excitatur, quia dum sola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur; unde et mox adjungitur:

per la reverenza spesa per lui dagli uomini.³⁹ Queste infatti sono le mercedi del mercenario, proprio per il motivo che lavora nel governo e in esso trova ciò che cerca, e per il futuro sta lontano dall'eredità del gregge. Il lupo infatti si getta sulle pecore, quando un qualsiasi ingiusto e rapitore opprime i fedeli e gli umili. Ma quello che sembrava essere pastore, e non lo era, abbandona le pecore e fugge, perché, temendo il pericolo da quello, non si azzarda a resistere contro la sua ingiustizia. Fugge tuttavia, senza mutare di luogo, ma facendo mancare il soccorso. Fugge, perché ha visto l'ingiustizia, e ha taciuto. Fugge, perché si nasconde nel silenzio. Ma è un altro lupo, che quotidianamente senza sosta, dilania non i corpi ma le menti, ossia uno spirito maligno, che va intorno ai recinti dei fedeli insidiando, e cerca le morti delle anime (*1Pt 5, 8*); di questo lupo subito si specifica:

E il lupo le rapisce e le disperde.

Il lupo viene, e il mercenario fugge, perché lo spirito maligno dilania le anime dei fedeli nella tentazione, e lui che tiene il posto del pastore non si prende cura della inquietudine. Le anime periscono, e lui si allietta delle comodità terrene. Il lupo rapisce e disperde le pecore, quando⁴⁰ trascina uno alla lussuria, accende un altro all'avarizia, un altro innalza a superbia, un altro lo separa con la collera, questo lo sprona all'invidia, quello lo abbatte nell'inganno. È dunque come se il lupo disperdesse il gregge, quando il diavolo uccide con le tentazioni; ma contro ciò il mercenario non si accende di nessun zelo, non si eccita per nessun fervore di dilezione, perché, mentre cerca i soli comodi esteriori, sopporta con negligenza i danni interiori del gregge; per cui subito si aggiunge:

et lupo rapit, et dispergit oves.

Non hic bonam personam mercenarius gerit, et tamen in aliquo utilis est: nec mercenarius diceretur, nisi acciperet a conducente mercedem. Quis est ergo iste mercenarius, et culpabilis et necessarius? Hic vero, fratres, luceat nobis ipse Dominus, ut et mercenarios intellegamus, et mercenarii non simus. Quis est ergo mercenarius? Sunt in Ecclesia quidam praepositi, de quibus Paulus apostolus dicit: *Sua quaerentes, non quae Iesu Christi*. Quid est, *sua quaerentes*? Non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quaerentes; temporalia commoda consecrantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Haec quando amantur a praeposito, et propter haec servitur Deo; quisquis est talis, mercenarius est, inter filios se non computet. De talibus enim et Dominus dicit: *Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam*. Audi de Timotheo sancto quid dicat apostolus Paulus: *Spero autem in Domino Iesu Timotheum cito mittere vobis, ut et ego bono animo sim, cum cognovero quae circa vos sint: neminem enim habeo unanimum, qui germane de vobis sollicitus sit. Omnes enim sua quaerunt, non quae Iesu Christi*. Inter mercenarios pastor ingemuit: Quaesivit aliquem qui sinceriter diligeret gregem Christi, et circa se in eis qui cum illo eo tempore fuerant, non invenit. Non enim in Ecclesia Christi tunc praeter Paulum apostolum et Timotheum nemo erat qui germane de grege sollicitus esset: sed contigerat ut eo tempore quo Timotheum misit, circa se alium de filiis non haberet; sed soli mercenarii cum illo essent, *sua quaerentes, non quae Iesu Christi*. Et tamen ipse germane de grege sollicitus, maluit filium mittere, et inter mercenarios remanere. Invenimus et mercenarios, non eos discutit nisi Dominus; qui cor inspicit, ipse discutit: tamen aliquando intelleguntur a nobis. Non enim frustra dixit ipse Dominus etiam de lupis: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Multos interrogant tentationes, et tunc apparent cogitationes: multi autem latent. Habeat ovile Domini praepositos, et filios et mercenarios. **Praepositi autem qui filii sunt, pastores sunt.** Si pastores sunt, quomodo unus pastor, nisi quia sunt illi omnes unius membra pastoris, cuius sunt oves propriae? Nam et ipsi membra sunt ipsius unius ovium; quia *sicut ovis ad immolandum ductus est*. **Et mercenarii necessarii sunt.**

6. Audite autem, quia et mercenarii necessarii sunt. Multi quippe in Ecclesia commoda terrena sectantes, Christum tamen praedicant, et per eos vox Christi auditur: et sequuntur oves, non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium. Audite mercenarios ab ipso Domino demonstratos: *Scribae, inquit, et Phariseae cathedram Moysi sedent: quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite*. Quid aliud dixit, nisi: Per mercenarios vocem pastoris audite? Sedendo enim cathedram Moysi legem Dei docent: ergo per illos Deus docet. Sua vero illi si velint docere, nolite audire, nolite facere. Certe enim tales sua quaerunt, non quae Iesu Christi: nullus tamen mercenarius ausus est dicere populo Christi: Tua quaere, non quae Iesu Christi. Quod enim facit male, non praedicat de cathedra Christi: inde laedit unde mala facit, non unde bona dicit. Botrum carpe, spinam cave. Bene, quia intellexistis; sed propter tardiores dicam hoc idem planius. Quomodo dixi: Botrum carpe, spinam cave; cum Dominus dicat: *Numquid colligunt de spinis uvam, aut de tribulis ficum?* Verum est omnino; et tamen etiam verum ego dixi: Botrum carpe, spinam cave. Quia botrus aliquando de radice vitis exortus, pendet in sepe, crescit palmes, inseritur spinis, et portat fructum spina non suum. Non enim spinam vitis attulit, sed spinis palmes incubuit. Noli interrogare nisi radices. Quaere radicem spinae, extra invenis a vite quaere originem uvae, vitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Moysi vitis erat: Phariseorum mores spinae

³⁷ Gv 10, 12.

³⁹ Mi sembra abbastanza trasparente che Beda abbia di mira il parallelo col clero cristiano. Per questo ho tradotto in modo letterale alcune parole, cercando così di evidenziare questo sottofondo. Esempio: “praelatio” = “preferenza”, ma “prelatura” è una carica ecclesiale degna d'onore; “reverentia” = “deferenza”, ma il “reverendo” è persona cui si deve deferenza. Ho poi tradotto “temporalis” con “nel tempo”, invece che con “terreno” per lasciar trasparire che il riferimento è a questo evo in cui il tempo scorre.

⁴⁰ Va sottinteso: lo spirito maligno.

erant. Doctrina vera per malos, palmas in sepe, botrus inter spinas. Caute lege, ne dum quaeris fructum, laceres manum: et cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. *Quae dicunt facite, legite uvas: quae autem faciunt, facere nolite*, cavete spinas. Etiam per mercenarios vocem pastoris audite, sed nolite esse mercenarii, cum sitis membra pastoris. Ipse autem Paulus sanctus apostolus, qui dixit: *Neminem habeo qui germane de vobis sollicitus sit; omnes enim sua quaerunt, non quae Iesu Christi*; alio loco inter mercenarios filiosque distinguens, videte quid dixerit: *Quidam per invidiam et contentionem; quidam vero et per bonam voluntatem Christum praedicant: quidam ex caritate, scientes quia in defensionem Evangelii positus sum; quidam vero et per contumaciam Christum annuntiant, non caste, existimantes tribulationem suscitari vinculis meis*. Isti mercenarii erant, Paulo apostolo invidabant. Quare invidabant, nisi quia temporalia requirebant? Sed quid adiungat, attendite: *Quid enim? Dum omni modo, sive occasione, sive veritate Christum annuntietur; et in hoc gaudeo, sed et gaudebo*. Veritas est Christus: veritas a mercenariis occasione annuntietur, veritas a filiis veritate annuntietur: filii aeternam haereditatem Patris patienter exspectant, mercenarii temporalem mercedem conducentis festinanter exoptant: mihi humana gloria, cui mercenarios invidere video, minuatur; et tamen per linguas et mercenariorum et filiorum divina Christi gloria diffametur, cum *sive occasione, sive veritate Christum annuntietur*.

Pastores membra Pastoris.

7. Vidimus qui sit etiam mercenarius. Quis est lupo, nisi diabolus? Et quid dictum est de mercenario? *Cum viderit lupo venientem, fugit; quia non sunt eius oves propriae, nec ei cura est de ovibus*. Numquid talis erat apostolus Paulus? Absit. Numquid talis Petrus? Absit. Numquid tales caeteri Apostoli, excepto Iuda filio perditionis? Absit. Pastores ergo illi? Plane pastores. Et unde unus pastor? Iam dixi, pastores, quia membra pastoris. Illo capite gaudebant, sub illo capite concordabant, uno spiritu in unius corporis compage vivebant: ac per hoc omnes ad unum pastorem pertinebant. Si ergo pastores, non mercenarii, quare fugiebant quando persecutionem patiebantur? Expone nobis, o Domine. Vidi in Epistola fugientem Paulum: per murum in sporta submissus est, ut manus persequentis evaderet. Non ergo illi cura fuit de ovibus, quas lupo veniente deserebat? Fuit plane, sed eas pastori in coelo sedenti orationibus commendabat: se autem utilitati earum fugiendo servabat, sicut quodam loco ait: *Manere in carne necessarium propter vos*. Ab ipso namque pastore omnes audierant: *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*. Hanc nobis quaestionem Dominus dignetur exponere. Domine, tu dixisti eis quos fideles pastores esse utique volebas, quos tua membra esse formabas: *Si vos persecuti fuerint, fugite*. Iniuriam ergo illis facis, quando reprehendis mercenarios, qui vident lupo venientem et fugiunt. Rogamus indices nobis quid habeat altitudo quaestionis: pulsemus, aderit qui aperiat se ostiarius ostii, quod est ipse.

Oves pascimus et simul pascimur.

8. Quis est mercenarius, qui videt lupo venientem et fugit? Qui sua quaerit, non quae Iesu Christi: peccantem non libere audeat arguere. Ecce nescio quis peccavit, graviter peccavit; increpandus est, excommunicandus est: sed excommunicatus, inimicus erit, insidiabitur, nocebit cum potuerit. Iam ille qui sua quaerit, non quae Iesu Christi, ne perdat quod sectatur, humanae amicitiae commoditatem, et inimicitarum humanarum incurrat molestiam, tacet, non corripit. Ecce lupo ovi guttur apprehendit: diabolus fidei adulterium persuasit; tu taces, non increpas: o mercenarie, lupo venientem vidisti, et fugisti. Respondet forte et dicit: Ecce hic sum, non fugi. Fugisti, quia tacuisti; tacuisti, quia timuisti. Fuga animi, timor est. Corpore stetisti, spiritu fugisti: quod ille non faciebat qui dicebat: *Etsi corpore absens sum, spiritu vobiscum sum*. Quomodo enim spiritu fugiebat, qui etiam corpore absens, fornicatores litteris arguebat? Affectiones nostrae motus animorum sunt. Laetitia, animi diffusio; tristitia, animi contractio: cupiditas, animi progressio; timor, animi fuga est. Diffunderis enim animo, cum delectaris; contraheris animo, cum molestaris: progredieris animo, cum appetis; fugis animo, cum metuis. Ecce unde ille mercenarius viso lupo dicitur fugere. Quare? *Quia non est ei cura de ovibus*. Quare non est ei cura de ovibus? *Quia mercenarius est*. Quid est, *mercenarius est*? Temporalem mercedem quaerens, et in domo in aeternum non habitabit. Sunt hic adhuc quaerenda, et discutienda vobiscum, sed onerare vos non est consilii. Dominica enim cibaria conservis ministramus; in pascuis dominicis oves pascimus, et simul pascimur. Sicut non est negandum quod necessarium est, sic non est cor infirmum pabuli multitudine praegravandum. Non sit

*Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus.*³⁸

Sola ergo causa est ut mercenarius fugiat, quia mercenarius est; ac si aperte diceretur: Stare in periculo ovium non potest, qui in eo quod ovibus praest, non oves diligit, sed lucrum terrenum quaerit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis laetatur, opponere se contra periculum trepidat,

Il mercenario invece fugga, perché è un mercenario e non gli importa delle pecore.

Il solo motivo per cui il mercenario fugga è che è mercenario; come se si dicesse apertamente: Non può rimanere quando le pecore sono in pericolo, lui che, per ciò che viene prima delle pecore, non ama le pecore, ma cerca il guadagno terreno. Mentre infatti abbraccia l'onore, mentre si allietta delle comodità nel tempo, paventa di opporsi

³⁸ Gv 10, 13. Si veda la nota all'inizio di questa sezione.

ne quod diligit amittat. Sed quia Redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit, iterum formam, cui debeamus imprimi ostendit, dicens:

*Ego sum pastor bonus.*⁴¹

Atque subiungit: *Et cognosco meas*, hoc est, diligo, *et cognoscunt me meae.*⁴² Ac si patenter dicat: diligentes obsequuntur. Unde mox subiunxit:

contro il pericolo, per non perdere ciò che ama. Ma poiché il nostro Redentore ha smascherato le colpe del finto pastore, di nuovo mostra la forma cui dobbiamo essere improntati, dicendo:

Io sono il buon pastore.

E soggiunge: *conosco le mie [...]*, cioè: amo, *e le mie [...]* conoscono me. Come se apertamente dicesse: mi seguono con amore. Per cui subito soggiunse:

ergo molestum Caritati vestrae, quia omnia quae hic adhuc discutienda arbitror, hodie non discutio: sed iterum nobis in nomine Domini diebus reddendi sermonis eadem lectio recitabitur, et diligentius, illo adiuvente, tractabitur.

TRACTATUS XLVII

Ego sum pastor bonus (Io 10, 14-21).

Oves Christi estis, sanguine Christi comparati estis. Agnoscitis pretium vestrum, quod non a me datur, sed per me praedicatur. *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis*. Non ipse unus hoc fecit; et tamen si illi qui fecerunt membra eius sunt, idem ipse unus hoc fecit. Ipse enim potuit facere sine illis; ipsi sine illo non potuerunt.

1. Qui sermonem Dei nostri non solum libenter, sed etiam diligenter auditis, promissionis nostrae procul dubio meministis. Ipsa quippe lectio evangelica et hodie lecta est, quae lecta fuerat proximo dominico die: propterea quoniam in quibusdam necessitatibus immorati, non potuimus omnia discutere quae vestris sensibus debebamus. Proinde quae iam dicta atque tractata sunt, hodie non quaerimus; ne adhuc eadem repetendo, ad illa quae nondum dicta sunt pervenire minime permittamur. Nostis iam in nomine Domini qui sit bonus pastor, et quemadmodum pastores boni membra sint eius, et ideo pastor sit unus: nostis qui sit mercenarius ferendus; quis lupus, et iures, et latrones cavendi; quae sint oves, quod sit ostium quo et oves ingrediuntur et pastor; quomodo sit intellegendus ostiarius: nostis etiam quoniam quisquis non per ostium intraverit, fur est et latro, nec venit nisi ut furetur, et occidat, et perdat. Haec omnia dicta, sufficienter, quantum existimo, pertractata sum. Hodie debemus dicere, quantum adiuvat Dominus (quoniam ipse Iesus Christus salvator noster et pastorem se esse dixit, et ostium, et pastorem bonum dixit intrare per ostium), quomodo ipse per seipsum intret. Si enim nemo pastor bonus est, nisi qui per ostium intrat, et ipse est praecipue pastor bonus, et ipse est ostium; intellegere non possum, nisi et ipsum per seipsum ad oves suas intrare, et vocem suam illis dare ut sequantur eum, easque intrantes et exeuntes pascua invenire, quod est vita aeterna.

Agnoscite pretium vestrum.

2. Cito ergo dico. Ego quaerens intrare ad vos, id est ad cor vestrum, Christum praedico: si aliud praedicem, per aliam partem conabor ascendere. Christus itaque mihi ianua est ad vos; per Christum intro, non ad parietes vestros, sed ad corda vestra. Per Christum intro, Christum in me libenter audistis. Quare Christum in me libenter audistis? Quia oves Christi estis, sanguine Christi comparati estis. Agnoscitis pretium vestrum: quod non a me datur, sed per me praedicatur. Ille quippe emit, qui pretiosum sanguinem fudit: pretiosus sanguis est illius sine peccato. Fecit tamen ipse etiam suorum sanguinem pretiosum, pro quibus dedit sanguinis pretium: nam si suorum sanguinem non faceret pretiosum, non diceretur: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*. Itaque etiam quod ait: *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus*, non ipse unus hoc fecit: et tamen si illi qui fecerunt membra eius sunt, idem ipse unus hoc fecit. Ipse enim potuit facere sine illis; ipsi sine illo unde potuerunt, cum ipse dixerit: *Sine me nihil potestis facere?* Hinc autem ostendimus quod et alii fecerint, quia ipse apostolus Ioannes, qui hoc quod audistis Evangelium praedicavit, in Epistola sua dixit: *Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus ponere. Debemus*, dixit; debitores nos fecit qui primus exhibuit. Ideo quodam loco scriptum est: *Si sederis coenare ad mensam potentis, sapienter intellege quae apponuntur tibi: et mitte manum tuam, sciens quia talia te oportet praeparare*. Mensa potentis quae sit, nostis; ibi est corpus et sanguis Christi: qui accedit ad talem mensam, praeparet talia. Et quid est, praeparet talia? *Quomodo ipse pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus*, ad aedificandam plebem et asserendam fidem, *animas pro fratribus ponere*. Ideo Petro quem facere volebat pastorem bonum, non in ipso Petro, sed in corpore suo ait: *Petre, amas me? pasce oves meas*. Hoc semel, hoc iterum, hoc tertio usque ad eius tristitiam. Et cum tantum interrogasset Dominus, quantum interrogandum esse iudicavit, ut ter confiteretur qui ter negaverat, et ei suas oves pascendas tertio commendasset; ait illi: *Cum iunior esses, cingebas te, et ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, et alter te cinget, et ducet quo tu non vis*. Et exposuit Evangelista quid Dominus dixerit: *Hoc autem inquit, dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum*. Ad hoc ergo pertinet: *Pasce oves meas*: ut *ponas animam tuam pro ovibus meis*.

Christus Christum praedicat.

⁴¹ Gv 10, 14.

⁴² Gv 10, 14. NCEI traduce: “conosco le mie pecore e le mie pecore conoscono me.”; il testo italiano è adeguato al latino.

*Sicut novit me Pater, et ego cognosco Patrem, et animam pono pro ovibus meis.*⁴³ Ac si aperte dicat: In hoc constat, quia et cognosco Patrem, et cognoscor a Patre, quia *animam meam pono pro ovibus meis*; id est, ea charitate qua pro ovibus morior, quantum Patrem diligam, ostendo. Quia vero non solum Judaeam, sed etiam gentilitatem redimere venerat adiungit:

*Et alias oves habeo,
quae non sunt ex hoc ovili;
et illas oportet me adducere,*

Così come il Padre conosce me e io conosco il Padre, e do la mia vita per le [mie] pecore. Come se dicesse apertamente: In questo consiste il fatto che conosco il Padre e sono conosciuto dal Padre, che *do la mia vita per le [mie] pecore*, cioè: con quella carità con cui muoio per le pecore, mostro quanto io ami il Padre. Poiché invero era venuto per redimere non solo la Giudea ma anche il mondo pagano, aggiunge:

*E ho altre pecore
che non provengono da questo recinto:
anche quelle io devo guidare.*

3. Iam illud quod ait:

Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem, quis nescit? Ipse enim agnoscit Patrem per se, nos per illum. Quia ipse per se agnoscit, novimus: quia et nos per illum, etiam hoc novimus; quia et hoc per illum novimus. Ipse enim dixit: *Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius qui est in sinu Patris; ipse enarravit.* Ergo et nos per ipsum, quibus enarravit. Item alibi ait: *Nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem quisquam novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare.* Sicut ergo ipse per se novit Patrem, nos autem per illum novimus Patrem; sic intrat in ovile per semetipsum, et nos per ipsum. Ostium dicebamus per Christum nos habere ad vos; quare? Quia Christum praedicamus. Nos Christum praedicamus; et ideo per ostium intramus. Christus autem Christum praedicat, quia seipsum praedicat; et ideo pastor per seipsum intrat. Lumen cum alia monstrat quae videntur in lumine, numquid aliquo alio indiget ut monstretur? Lumen ergo et alia demonstrat et seipsum. Quaecumque intellegimus, intellectu intellegimus; et ipsum intellectum unde, nisi intellectu, intellegimus? Numquid sic oculo carnis et alia vides et ipsum? Quamvis enim videant homines oculis suis, non tamen vident oculos suos. Oculus carnis alia videt, se non potest: intellectus autem et alia intellegit, et seipsum. Quomodo intellectus videt se, sic et Christus praedicat se. Si praedicat se, et praedicando intrat ad te, per se intrat ad te. Et ad Patrem ipse est ostium; quia non est qua veniatur ad Patrem, nisi per ipsum. *Unus enim Deus et unus mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus.* Verbo multa dicuntur: haec ipsa quae dixi, utique verbo dixi. Si velim dicere et ipsum verbum, unde dico, nisi verbo? Ac per hoc per verbum et alia dicuntur, quae non sunt quod verbum; et ipsum verbum dici non potest, nisi per verbum. Adiuvante Domino exemplis abundavimus. Tenete ergo quomodo Dominus Iesus Christus et ostium sit, et pastor: ostium pandendo se, pastor intrando per se. Et quidem, fratres, quod pastor est, dedit et membris suis: nam et Petrus pastor, et Paulus pastor, et caeteri Apostoli pastores, et boni episcopi pastores. Ostium vero nemo nostrum se dicit; hoc sibi ipse proprium tenuit, qua intrent oves. Denique Paulus apostolus boni pastoris implebat officium, quando Christum praedicabat, quia per ostium intrabat. At ubi oves indisciplinatae coeperunt facere schismata, et alia ostia sibi ponere, non qua intrarent ut congregarentur, sed qua errarent ut dividerentur, dicentes, alii: *Ego sum Pauli*; alii: *Ego sum Cephae*; alii: *Ego Apollo*; alii: *Ego Christi*: expavescens ad eos qui dixerunt: *Ego sum Pauli*, tamquam clamans ad oves: Miserae, qua itis? non sum ostium: *Numquid Paulus*, inquit, *pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis?* Qui vero dicebant: *Ego sum Christi*, invenerant ostium.

Unum ovile et unus pastor.

4. De uno autem ovili et uno pastore, iam quidem assidue soletis audire: multum enim commendavimus unum ovile, praedicantes unitatem, ut per Christum omnes oves ingrederentur, et Donatum nulla sequeretur. Verumtamen unde hoc proprie dixerit Dominus, satis apparet. Loquebatur enim apud Iudaeos, missus autem fuerat ad ipsos Iudaeos, non propter quosdam immani odio pertinaces et perseverantes in tenebris, sed propter quosdam in ipsa gente quas dicit oves suas: de quibus ait: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel.* Noverat etiam eos in turba furentium, et praevidebat in pace credentium. Quid est ergo: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel*; nisi quia praesentiam suam corporalem non exhibuit nisi populo Israel? Ad Gentes non perrexit ipse, sed misit: ad populum vero Israel et misit, et venit ipse; ut qui contemnebant, maius iudicium sumerent, quia et praesentia est illis exhibita. Ipse Dominus ibi fuit, ibi matrem elegit; ibi concipi, ibi nasci, ibi sanguinem fundere voluit; ibi sunt vestigia eius, modo adorantur, ubi novissime stetit, unde ascendit in coelum: ad Gentes autem misit.

5. Sed forte aliquis arbitratur, quoniam non ipse ad nos venit, sed misit ad nos, non nos audisse vocem ipsius, sed vocem eorum quos misit. Absit; pellatur ista cogitatio de cordibus vestris: et in his quos misit ipse erat. Ipsum Paulum audi quem misit; ad Gentes enim praecipue Paulum misit apostolum: et ait ipse Paulus terrenus non de se, sed de illo: *An vultis accipere experimentum eius qui in me loquitur Christi?* Audite et ipsum Dominum.

*Et alias oves habeo,
id est, in Gentibus;
quae non sunt de hoc ovili,
id est de populo Israel:
oportet me et illas adducere.*

⁴³ Gv 10, 15 Vulg.: "Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem."; VL: "Sicut cognoscit me Pater, et ego cognosco Patrem.". NCEI traduce: "così come il Padre conosce me e io conosco il Padre, e do la mia vita per le pecore."; in italiano aggiungo il possessivo.

et vocem meam audient,

et fiet unum ovile et unus pastor.⁴⁴

Redemptionem nostram, quia ex gentili populo venimus, Dominus aspexerat, cum se adducere et alias oves dicebat. Hoc quotidie fieri, fratres, aspiciatis, hoc reconciliatis gentibus factum hodie videtis. Quasi ex duobus gregibus unum ovile efficit, quia Judaicum et gentilem populum in sua fide conjungit; Paulo attestante, qui ait: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum* (Ephes. II). Dum enim ad aeternam vitam ex utraque natione simplices eligit, ad ovile proprium oves deducit, de quibus profecto ovibus rursum dicit:

*Oves meae vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam aeternam do eis.*⁴⁵ De quibus et paulo superius dicit: *Per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet.*⁴⁶ Ingrederetur quippe ad fidem, egredietur vero a fide ad speciem, a credulitate ad contemplationem. Pascua autem inveniet⁴⁷ in aeterna refectioe. Oves ergo ejus pascua invenient, quia quisquis illum corde simplici sequitur, aeternae viriditatis pabulo nutritur. Quae autem sunt istarum ovium pascua, nisi aeterna gaudia sempiterno virentis paradisi? Pascua namque electorum sunt vultus praesentis Dei, qui dum sine defectu conspicitur, sine fine mens vitae cibo satiatur.

Sequitur:

*Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, et iterum sumam eam.*⁴⁸ Quid dicit? *Propterea me Pater diligit*, quia morior ut resurgam. Cum magno enim pondere dictum est: *Ego: Quia ego*, inquit, *pono animam meam. Ego pono.* Quid est, *ego pono?* Ego, inquit, illum pono. Non gloriantur Iudaei. Saevire potuerunt, potestatem habere non potuerunt. Saeviant quantum possunt; si ego nolueram ponere animam meam, quid saeviendo facturi sunt? Una responsione prostrati sunt, quando eis dictum est: *Quem quaeritis? dixerunt Jesum, et ait eis; Ego sum; redierunt retro, et ceciderunt* (Joan. XVIII).⁴⁹ Qui ceciderunt ad unam vocem Christi morituri, quid facient sub voce iudicaturi? *Ego*, inquit, *pono animam meam.*

Non gloriantur Iudaei, quasi qui praevaluerunt; ipse posuit animam suam.

Sicut potestatem habuit ponendi, ita habuit et potestatem resumendi⁵⁰: quod aliis verbis in hoc ipso Evangelio ostendit dicens:

Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud (Joan. II). Quod evangelista secutus exposuit: *Hoc enim dicebat de templo corporis sui* (Ibid.)⁵¹; et adjunxit discipulos suos haec verba rememorasse, cum resurrexisset Jesus a

Ascolteranno la mia voce

e diventeranno un solo gregge, un solo pastore.

Il Signore mirava alla nostra redenzione, perché venivamo dal popolo dei gentili, quando diceva che guidava anche le altre pecore. Questo succede quotidianamente, fratelli, guardate, questo oggi vedete fatto alle genti riconciliate. Quasi da due greggi

egli fa un unico gregge, perché congiunge nella sua fede il popolo giudaico e i gentili; come attesta Paolo, che dice: *Egli infatti è la nostra pace, colui che di due ha fatto una cosa sola*, (Ef 2, 14). Quando infatti da entrambe le nazioni elegge i semplici alla vita eterna, conduce le pecore al proprio ovile; certamente di queste pecore un'altra volta dice:

Le mie pecore ascoltano la mia voce e io le conosco ed esse mi seguono. Io do loro la vita eterna. Di esse anche poco sopra dice: *se uno entra attraverso di me, sarà salvato; entrerà e uscirà e troverà pascolo.* Entrerà di certo alla fede, uscirà invero dalla fede alla visione, dalla credulità alla contemplazione. Troverà pascolo nell'eterno ristoro. Le pecore dunque troveranno il suo pascolo, perché ogni semplice di cuore che lo segue è nutrito da foraggio eternamente verdeggiante. Ma quali sono i pascoli di queste pecore, se non le eterne gioie del paradiso in eterno rigoglioso? Infatti pascolo degli eletti è il volto di Dio presente, che mentre è visto senza difetto, l'anima di vita è saziata senza fine di cibo.

Segue:

Per questo il Padre mi ama: perché io do la mia vita, per poi riprenderla di nuovo. Cosa dice? *Per questo il Padre mi ama*, perché muoio per risorgere. Infatti *Io* è detto con grande peso: *Perché io*, dice, *do la mia vita. Io do.* Che significa *io do?* Io, dice, la do. Non si vantino i Giudei. Hanno potuto infierire, non hanno potuto avere la potestà. Infieriscano quanto possono; se io non volessi dare la mia vita, cosa farebbero con l'incrudelire? Con una sola risposta sono messi al tappeto, quando fu detto loro: *Chi cercate?, gli risposero: Gesù [...]; disse loro [...]: Sono io! [...]; indietreggiarono e caddero a terra* (cfr Gv 18, 4-6). Coloro che caddero alla sola voce di Cristo che stava per morire, che faranno alla voce quando giudicherà? *Io*, dice, *io do la mia vita,*

Non si glorino i Giudei, quasi avessero riportato vittoria; lui ha offerto la sua vita.

Così come ha il potere di dare, così ha il potere di riprendere; il che mostra con altre parole in questo stesso Vangelo, dicendo:

Distruggete questo tempio e in tre giorni lo farò risorgere (Gv 2, 19). E l'evangelista lo spiega di seguito: *Egli parlava del tempio del suo corpo* (ibid. 2, 21); e aggiunse che i suoi discepoli si ricordarono queste parole, quando quando Gesù fu

Ergo et per suos non alter adducit. Adhuc audi:

Vocem meam audient.

Ecce et per suos ipse loquitur, et per eos quos mittit vox eius auditur.

Ut sit unum ovile et unus pastor.

Duobus istis gregibus

tamquam duobus parietibus, factus est lapis angularis. Ergo et ostium est, et lapis angularis: omnia per similitudinem, nihil horum proprie.

Proprietates et similitudo.

6. Iam enim dixi, et commendavi vehementer, et qui capiunt sapiunt, imo qui sapiunt capiunt; et qui nondum intellectu sapiunt, fide teneant quod intellegere nondum possunt. Per similitudinem Christus multa est quae per proprietatem non est. Per similitudinem et Petra est Christus, et ostium est Christus, et lapis angularis est Christus, et pastor est Christus, et agnus est Christus, et leo est Christus. Quam multa per similitudines, et alia, quae commemorare longum est! Si autem proprietates discutias rerum quas videre consuesti; nec petra est, quia durus et sine sensu non est; nec ostium est, quia faber eum non fecit; nec lapis angularis est, quia non est ab structore compositus; nec pastor est, quia custos ovium quadrupedum non est; nec leo est, quia fera non est; nec agnus est, quia pecus non est. Omnia ergo ista per similitudinem. Quid ergo proprie? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Quid de homine qui apparuit? *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.*

7. Audi et caetera.

Propterea me Pater diligit, inquit, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Quid ait? *Propterea me Pater diligit*: quia morior ut resurgam. Cum magno enim pondere dictum est, *ego: Quia ego pono*, inquit, *pono animam meam, ego pono.* Quid est, *ego pono?* Ego illum pono: non gloriantur Iudaei; saevire potuerunt, potestatem habere non potuerunt: saeviant quantum possunt; si ego nolueram animam meam ponere, quid saeviendo facturi sunt? Una responsione prostrati sunt: quando eis dictum est: *Quem quaeritis? dixerunt: Iesum; et ait eis: Ego sum: redierunt retro, et ceciderunt.* Qui ceciderunt ad unam vocem Christi morituri, quid facient sub voce iudicaturi? *Ego, ego*, inquam, *pono animam meam, ut iterum sumam eam.*

Non gloriantur Iudaei, quasi praevaluerint; ipse posuit animam suam.

Ego dormivi, dicit. Nostis Psalmum: *Ego dormivi, et somnum cepi; et exsurrexi, quoniam Dominus suscipiet me.* Modo Psalmus ipse lectus est, modo audivimus: *Ego dormivi, et somnum cepi; et exsurrexi, quoniam Dominus suscipiet me.* Quid est: *Ego dormivi?* Quia volui, dormivi. Quid est, *dormivi?* Mortuus sum. Nonne dormivit, qui quando voluit, de sepulcro tamquam de lecto surrexit? Sed amat dare gloriam Patri, ut nos aedificet gloriam dare Creatori. Nam quod addidit, *exsurrexi, quoniam Dominus suscipiet me*; putatis hic quasi virtutem eius defecisse, ut per potestatem suam mori potuerit, per potestatem suam resurgere non potuerit? Sic enim videntur sonare verba non intentius intellecta: *Ego dormivi*; id est, quia volui, dormivi. *Et exsurrexi*: quare? *Quia Dominus suscipiet me.* Quid enim, tu a teipso resurgere non valeres? Si non valeres, non diceres: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.* Audi alio loco in Evangelio, quia non solum Pater suscitavit Filium, sed etiam Filius seipsum.

Solvite, inquit, templum hoc, et in triduo suscitabo illud. Et Evangelista:

Hoc autem, inquit, dicebat de templo corporis sui.

⁴⁴ Gv 10, 16.

⁴⁵ Gv 10, 27-28.

⁴⁶ Gv 10, 9.

⁴⁷ Analoga argomentazione in Agostino om. 48, 5; pari colore

⁴⁸ Gv 10, 17.

⁴⁹ Gv 18, 4-6 Vulg. "Quem quaeritis? Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem et Judas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram." Come si può notare, il testo è un sunto; la traduzione viene adeguata.

⁵⁰ Cfr Gv 10, 18.

⁵¹ Vulg.: "Ille autem dicebat de templo corporis sui."; Sabatier in nota: "Apud Iren. l. 5. c. 6. p. 300. a. *Hoc autem dicebat de corpore suo.* [...] Ambr. ep. 81 col. 1098. c. *Hoc autem dixit del templo corporis sui*: vide etiam in Ps. 40. col. 874. d. Similiter habet Ambrosiast. col. 131. c. [...] Ita pariter Augustinus tract. 47. in Joh. col. 610. c."

mortuis.

Hoc suscitabatur, quod moriebatur. Nam Verbum **mori** non **potuit**, **nec** anima illa mortua fuit.

Caro tantum mortua est, et resurrexit tertia die.

Sed quaerendum est quid sit quod dixit:

*Ego pono animam meam. Quis posuit? quem posuit?*⁵²

Quis est qui posuit?

Quid est Christus? Verbum et homo; nec sic homo, ut sola caro; sed quia homo constat ex carne et anima, totus autem homo in Christo; non enim partem deteriorem suscepisset, et partem meliorem deseruisset, pars quippe hominis melior est anima quam corpus. Quia ergo totus homo in Christo, quid est Christus? Verbum, inquam, et homo.

Verbum caro factum est (Joan. I);

id est, Deus homo factus est. Dicit enim:

risuscitato dai morti⁶².

Sarebbe risuscitato ciò che moriva. Infatti il Verbo non potè morire, e neppure l'anima fu morta.

Soltanto la carne è morta, e risorse il terzo giorno.

Ma c'è da chiedersi cosa significhi ciò che disse:

io do la mia vita. Chi ha offerto? ha offerto chi?

Chi è colui che ha dato?

Cos'è Cristo? Verbo e uomo; né uomo così da essere sola carne; ma in quanto uomo consta di carne e anima, dunque tutto l'uomo è in Cristo; non ha infatti assunto la parte peggiore, e scartato la parte migliore, infatti la parte migliore dell'uomo è l'anima più che il corpo. Poiché dunque tutto l'uomo è in Cristo, cos'è Cristo? Verbo, dico, e uomo.

Il Verbo si fece carne (Gv 1, 14);

cioè: Dio si è fatto uomo. Dice infatti:

Hoc **enim** suscitabatur quod moriebatur. Nam Verbum non **est mortuum**, anima illa non est mortua.

Si nec tua moritur, Domini moreretur?

8. Unde scio, inquis, si mea non moritur? A te non occidatur, et non moritur. Quomodo, inquis, ego possum occidere animam meam? Ut alia peccata interim taceam: *Os quod mentitur, occidit animam*. Quomodo, inquis, securus sum, quia non moritur? Ipsum Dominum audi dantem servo securitatem: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, et postea non habent quid faciant*. Sed plane quid ait? *Eum timete qui habet potestatem et corpus et animam occidere in gehenna*. Ecce quia moritur, ecce quia non moritur. Quid est mori ipsius? quid est mori carni tuae? Mori carni tuae, est amittere vitam suam: mori animae tuae, est amittere vitam suam. Vita carnis tuae, anima tua: vita animae tuae, Deus tuus. Quomodo moritur caro amissa anima, quae vita est eius; sic moritur anima amissa Deo, qui vita est eius. Certe ergo immortalis est anima. Plane immortalis, quia vivit et mortua. Quod enim de vidua deliciosa dixit Apostolus, etiam de anima, si Deum suum amiserit, dici potest: *Vivens mortua est*.

Contra apollinaristas.

9. Quomodo ergo ponit animam suam Dominus? Fratres, quaeramus hoc paulo attentius. Non nos arctat hora quae solet die dominico: vacat nobis, hoc lucrentur qui ad verbum Dei etiam die hodierna conveniunt.

Pono, inquit, animam meam. Quis ponit? quam ponit?

Quid est Christus? Verbum et homo. Nec sic homo ut sola caro: sed quia homo, constat ex carne et anima, totus autem homo in Christo. Non enim partem deteriorem suscepisset, et partem meliorem deseruisset: pars quippe hominis melior est anima quam corpus. Quia ergo totus homo in Christo, quid est Christus? Verbum, inquam, et homo.

Quid est Verbum et homo? Verbum, anima et caro. Tenete hoc, quia non defuerunt haeretici et in ista sententia, pulsi quidem iam olim a veritate catholica: sed tamen ut fures et latrones non intrantes per ostium, insidiari ovili non desinunt. Apollinaristae haeretici dicti sunt, qui ausi sunt dogmatizare quod Christus non sit nisi Verbum et caro: animam humanam non eum assumpsisse contendunt. Nam et aliqui eorum fuisse in Christo animam, negare non potuerunt. Videte absurditatem et insaniam non ferendam. Animam irrationalem cum habere voluerunt, rationalem negaverunt: dederunt ei animam pecoris, subtraxerunt hominis. Sed illi abstulerunt Christo rationem, non tenendo rationem. Absit hoc a nobis, in fide catholica nutritis atque fundatis. Ex hac ergo occasione admonuerim Caritatem vestram, ut quomodo superioribus lectionibus satis vos instruximus adversus Sabellianos et Arianos; Sabellianos qui dicunt: Ipse est Pater qui Filius; Arianos qui dicunt: Aliud est Pater, aliud est Filius, quasi non sint eiusdem substantiae Pater et Filius: instruximus etiam, quantum meministis, et meminisse debetis, contra haereticos Photinianos, qui solum hominem Christum sine Deo esse dixerunt; contra Manichaeos, qui solum sine homine Deum: ex hac occasione de anima instruamus vos et contra Apollinaristas, qui dicunt Dominum nostrum Iesum Christum non habuisse animam humanam, id est animam rationalem, animam intellegendam, animam, inquam, in qua distamus a pecore, quod homines sumus.

10. Quomodo ergo hic dixit Dominus: *Potestatem habeo ponendi animam meam*? Quis ponit animam, et iterum sumit eam? Christus ex eo quod Verbum est, ponit animam, et sumit eam iterum? An ex eo quod anima humana est, ipsa se ponit, et iterum ipsa se sumit? An ex eo quod caro est, caro animam ponit, et iterum sumit? Tria proposui, omnia pertractemus, et hoc eligamus quod conveniat regulae veritatis. Si enim dixerimus, quia Verbum Dei posuit animam suam, et iterum sumpsit eam; metuendum est ne subintret prava cogitatio, et dicatur nobis: Ergo aliquando anima illa separata est a Verbo, et aliquando Verbum illud, ex quo suscepta animam illam, fuit sine anima. Video enim fuisse sine anima humana Verbum, sed cum *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*. Ex quo enim *Verbum caro factum est,*

ut habitaret in nobis, et susceptus est a Verbo homo, id est totus homo, anima et caro; quid fecit passio, quid fecit mors, nisi corpus ab anima separavit? Animam vero a Verbo non separavit. Si enim mortuus est Dominus, imo quia mortuus est Dominus;

⁵² Agostino presenta un femminile, evidenziando che si riferisce all'anima. Beda invece un maschile che, di primo acchito, parrebbe un tantino ermetico; ma il prosiegua rende chiaro che si riferisce Cristo, Verbo e uomo.

⁶² Cfr Gv 2, 22.

Potestatem habeo ponendi animam meam,

et potestatem habeo iterum sumendi eam.⁵³

Christus autem et pro nobis posuit, et quando voluit posuit, et quando voluit sumpsit animam suam. Ponere ergo animam, mori est. Sic et Apostolus Petrus Domino dixit: *Animam meam propter te ponam* (Joan. XIII): id est, pro te moriar

carne.

Caro posuit animam suam, et caro iterum sumpsit animam; non tamen potestate sua caro, sed potestate inhabitantis Verbi Dei.

Verbum vero Dei nunquam posuit animam, ex quo assumpsit eam, in unitatem personae sibi; sed a carne anima posita est, et iterum resumpta per potestatem divinitatis⁵⁴.

Caro ergo posuit animam suam expirando. Vide ipsum Dominum in cruce, quid dixit: *Sitio* (Joan. XIX). Qui aderant *tinxerunt spongiam in aceto, alligaverunt arundini, et apposuerunt ori ejus. Quod cum accepisset ait: Perfectum est* (Ibid.).⁵⁵

Quid est, perfectum est? impleta sunt omnia quae ante mortem futura fuerant prophetata. Et quia potestatem habebat quando vellet ponendi animam suam, posteaquam dixit: *Perfectum est*: ait evangelista: *Et inclinato capite tradidit spiritum*.⁵⁶

Quod ibi dicitur: *Tradidit*, hic dictum est, *Ponit*, quia unum est tradere et ponere.

Quis tradidit? quem tradidit? Spiritum tradidit, caro illum tradidit. Quid est, caro illum tradidit? Caro illum emisit, caro illum expiravit. Ideo enim dicitur expirare, id est, extra spiritum fieri, quomodo est exsulare, extra solum fieri.

Quod hic dicit: *Potestatem habeo ponendi animam meam*, ibi dictum est: *Inclinato capite tradidit spiritum*,

qui spiritus anima est. Cum ergo exit anima a carne, et remanet caro sine anima, tunc homo ponere animam dicitur. Quando Christus animam posuit? quando Verbum voluit; principatus enim in Verbo erat; ibi potestas erat, quando poneret caro animam, quando sumeret.

Ho il potere di dare la mia vita,

e il potere di riprenderla di nuovo.

Cristo invece ha dato la sua vita per noi e l'ha data quando ha voluto, e quando ha voluto l'ha ripresa. Dare l'anima significa dunque morire. In questo senso anche l'apostolo Pietro disse al Signore: *Darò la mia vita per te!* (Gv 13, 37); cioè morirò per te

nella carne.

la carne diede la sua vita, e la carne di nuovo riprese la vita; tuttavia la carne non per potestà sua, ma per potestà del Verbo di Dio che la abita.

Invero il Verbo di Dio - dal quale l'ha assunta per sé nell'unità della persona - non ha mai dato l'anima; ma la vita fu data dalla carne, che l'ha di nuovo ripresa per potestà della divinità.

La carne infatti diede la sua anima spirando. Guarda il Signore stesso sulla croce, cosa disse: *Ho sete* (Gv 19, 28). I presenti *inzupparono una spugna nell'aceto, la fissarono ad una canna e l'accostarono alla sua bocca. Dopo aver preso l'aceto, disse: «È compiuto!»* (ibid. 19, 29-30). Che significa *È compiuto?* sono compiute tutte le cose che prima della morte erano state profetate come future. E, siccome aveva la potestà di dare la sua anima quando volesse, dopo aver detto: *È compiuto*, l'evangelista dice: *E, chinato il capo, consegnò lo spirito*.

Ciò che lì dice: *consegnò*, qui viene detto, *dà*, perché consegnare e dare sono una sola cosa.

Chi consegnò? consegnò chi? Consegnò lo spirito, la carne lo consegnò. Che significa: lo consegnò la carne? Che la carne lo emise, la carne lo spirò. Infatti si dice spirare, cioè mettere fuori lo spirito, proprio come esiliare è mettere fuori dal suolo.

Ciò che qui dice: *Ho il potere di dare la mia vita*, lì viene detto: *chinato il capo, consegnò lo spirito*,

spirito che è l'anima. Quando dunque l'anima esce dalla carne, e la carne rimane senza anima, allora si dice che l'uomo ha dato l'anima. Quando Cristo diede l'anima? quando il Verbo volle. La signoria infatti era nel Verbo, lì era la potestà: quando la carne dovesse dare l'anima, quando riprenderla.

mortuus est enim pro nobis in cruce; sine dubio caro ipsius expiravit animam: ad tempus exiguum anima deseruit carnem, sed redeunte anima resurrecturam. A Verbo autem animam separatam esse non dico. Latronis animae dixit: *Hodie mecum eris in paradiso*. Fidelem latronis animam non deserebat, et deserebat suam? Absit: sed illius ut Dominus custodivit, suam vero inseparabiliter habuit. Si autem dixerimus quia ipsa se anima posuit, et iterum ipsa se sumpsit, absurdissimus sensus est: non enim quae a Verbo non erat separata, a seipsa poterat separari.

Totum ibi intellege, et Verbum, et animam, et carnem.

11. Dicamus ergo et quod verum est, et quod facile intellegi potest. Ecce homo quilibet non constans ex Verbo et anima et carne, sed ex anima et carne: de isto homine interrogemus quomodo ponat animam suam quicumque homo. An forte nullus homo ponat animam suam? Potes mihi dicere: Nullus homo habet potestatem ponere animam suam, et iterum sumere eam. Ponere animam suam nisi posset homo, non diceret Ioannes apostolus: *Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus ponere*. Ergo et nobis licet (si et nos impleamur virtute ipsius, quia sine illo nihil facere possumus) ponere pro fratribus animas nostras. Quando martyr quilibet sanctus posuit pro fratribus animam suam, quis posuit, et quam posuit? Hoc si intellexerimus, ibi videbimus quemadmodum a Christo dictum sit:

Potestatem habeo ponendi animam meam.

O homo, paratus es pro Christo mori? Paratus, inquit. Dicam hoc aliis verbis. Paratus es pro Christo animam tuam ponere? Et ad ista verba sic mihi respondet: Paratus sum; quomodo mihi responderat cum dicerem: Paratus es mori. Hoc ergo est ponere animam, quod est mori. Sed pro quo ibi est certamen? Omnes enim homines quando moriuntur, ponunt animam; sed non omnes pro Christo ponunt. **Et nemo habet potestatem sumere quod posuerit:**

Christus autem et pro nobis posuit, et quando voluit, posuit; et quando voluit, sumpsit. Ponere ergo animam, mori est. Sic et apostolus Petrus Domino dixit:

Animam meam pro te ponam: id est, pro te moriar.

Carni hoc tribue:

caro ponit animam suam, et caro iterum sumit eam; non tamen sua potestate caro, sed potestate inhabitantis carnem:

caro ergo ponit animam suam expirando. Vide ipsum Dominum in cruce; *Sitio* dixit: illi qui aderant *tinxerunt spongiam in aceto, alligaverunt arundini, et apposuerunt ori eius; quod cum accepisset, ait: Perfectum est*:

quid est: *Perfectum est?* Impleta sunt omnia quae ante mortem futura de me fuerant prophetata. Et quia potestatem habebat quando vellet ponendi animam suam; posteaquam dixit: *Perfectum est*, quid ait Evangelista? *Et inclinato capite tradidit spiritum*.

Hoc est ponere animam. Modo hic attendat Caritas vestra. *Inclinato capite tradidit spiritum*.

Quis tradidit? quem tradidit? Spiritum tradidit, caro illum tradidit. Quid est, caro illum tradidit? Caro illum emisit, caro illum expiravit. Ideo enim dicitur expirare, extra spiritum fieri. Quomodo est exsulare, extra solum fieri;

exorbitare, extra orbitam fieri: sic expirare, extra spiritum fieri;

qui spiritus anima est. Cum ergo exit anima a carne, et remanet caro sine anima, tunc homo ponere animam dicitur. Quando Christus animam posuit? Quando Verbum voluit. Principatus enim in Verbo erat; ibi potestas erat quando poneret caro animam, et quando sumeret.

12. Si ergo caro animam posuit, quomodo Christus animam posuit? Non enim caro Christus? Ita plane, et caro Christus, et anima Christus, et Verbum Christus: nec tamen tria haec tres Christi, sed unus Christus. Hominem interroga, et, de teipso fac gradum

⁵³ Gv 10, 18 Vulg.: "et potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam."; anche nella traduzione sostituisco il pronome col sostantivo.

⁵⁴ Vedi le parti azzurre due pagine più sotto, al §13 del tractatus di Agostino.

⁵⁵ Gv 19, 29-30 Vulg.: "Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est."; Sabatier in nota: "August. in Joh. 10. to. 3. 612. d. c. *Quod cum accepisset, ait: Perfectum est. Et inclinato capite, tradidit spiritum*: vide etiam sup. 522. c. 554. d. ubi similiter *Perfectum est*". La citazione sembra essere centonizzata; ad esempio la parte sulla spugna dipende da Mt 27, 48 Vulg.: "Et continuo currens unus ex eis, acceptam spongiam implevit aceto, et imposuit arundini, et dabat ei bibere.". Per il testo italiano mantengo il corsivo, adattando la traduzione.

⁵⁶ Gv 19, 30.

Sicut enim unus homo anima et corpus, sic unus Christus verbum et homo.

Anima et corpus duae res sunt, sed unus homo. Verbum et homo duae res sunt, sed unus Christus.

Nemo enim titubet in fide, quando audit Dominum dixisse: *Potestatem habeo ponendi animam meam*. Ponit eam caro, sed ex potestate Verbi. Sumit eam caro, sed ex potestate Verbi.

Verbum, anima, caro, unus est Christus;

et dum caro occisa fuit, Christus occisus fuit;

et dum caro animam resumpsit, Christus animam resumpsit, quia quidquid ibi factum est in dispensatione humanae salutis, totus unus Christus egit, unus Filius Dei proprius et perfectus, unus Deus verus et omnipotens: homo propter Verbum Deus, Deus propter hominem homo: sicut dictum est: *Verbum caro factum est* (Joan. I).

Sed haec omnia, unde implerentur, subsequenti verbo ostendit.

*Hoc, inquit, mandatum accepi a Patre meo.*⁵⁷ Verbum non verbo accepit mandatum, sed in Verbo unigenito Patris est omne mandatum.

Cum autem dicitur Filius a Patre accipere quod substantialiter habet, quomodo dictum est: *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit Filio vitam habere in semetipso* (Joan. V)⁵⁸, cum Filius ipse sit vita, non potestas minuitur, sed generatio ostenditur, quoniam Pater non quasi ei Filio qui imperfectus natus est aliquid addidit, sed ei quem perfectum genuit omnia gignendo dedit. Ita illi dedit suam aequalitatem, quem non genuit inaequalem.

Sed haec loquente Domino, quoniam lux lucebat in tenebris, et tenebrae eam non comprehendebant,⁵⁹

Come infatti, un solo uomo è anima e corpo, così un solo Cristo è Verbo e uomo.

L'anima e il corpo sono due realtà, ma un solo uomo. Il Verbo e l'uomo sono due realtà, ma un solo Cristo.

Nessuno dunque sia titubante nella fede, quando sente che il Signore disse: *Ho il potere di dare la mia vita*. La dà la carne, ma per la potestà del Verbo. La riprende la carne, ma per la potestà del Verbo.

Il Verbo, l'anima, la carne: uno solo è Cristo.

E allorché la carne fu uccisa, Cristo fu ucciso;

e allorché il corpo riprese l'anima, Cristo riprese l'anima. perché quanto lì fu fatto nell'economia della salvezza umana, l'intero solo Cristo ha agito, il solo Figlio di Dio, proprio e perfetto, unico Dio vero e onnipotente: uomo - Dio a causa del Verbo, Dio - uomo a causa dell'uomo; come è detto: *Il Verbo si fece carne* (Gv 1, 14).

Ma tutto ciò, perché fosse completato, lo esplicita con la parola che segue.

Questo, dice, è il comando che ho ricevuto dal Padre mio. Il Verbo non ha ricevuto il comando per mezzo di una parola, ma nel Verbo unigenito del Padre è ogni comando. Quando infatti si dice che il Figlio riceve dal Padre ciò che sostanzialmente ha, è detto in questo modo: *Come [...] il Padre ha la vita in se stesso, così ha concesso [...] al Figlio di avere la vita in se stesso* (Gv 5, 26), essendo il Figlio stesso la vita, non viene diminuita la potestà, ma viene resa manifesta la generazione, perché il Padre non aggiunse qualcosa al Figlio, quasi fosse nato imperfetto, ma generandolo perfetto, tutto gli diede nell'atto di generarlo. Così a lui, che non generò disuguale, diede la sua uguaglianza. Ma quando il Signore disse queste cose, siccome la luce splendeva nelle tenebre, e le tenebre non la compresero,

ad ea quae supra te sunt, et si nondum intellegenda, saltem credenda.

Quomodo est enim unus homo anima et corpus; sic unus Christus Verbum et homo.

Videte quid dixerim, et intellegite.

Anima et corpus duae res sunt, sed unus homo: Verbum et homo duae res sunt, sed unus Christus.

Ergo de homine quaere. Ubi est Paulus apostolus modo? Si quis respondeat: In requie cum Christo; verum dicit. Item si quis respondeat: Romae in sepulcro; et ipse verum dicit. Illud mihi de anima, hoc de eius carne respondet. Nec tamen ideo duos dicimus apostolos Paulos; unum qui requiescit in Christo, alium qui positus est in sepulcro: quamvis apostolum Paulum dicamus vivere in Christo, eundemque apostolum Paulum dicamus mortuum iacere in sepulcro. Moritur aliquis, dicimus: Bonus homo, fidelis homo, in pace est cum Domino: et continuo: Eamus ad exsequias ipsius, et sepeliamus illum. Eum sepulturus es quem iam dixeras in pace esse cum Deo: cum aliud sit anima quae immortaliter viget, aliud corpus quod corruptibiliter iacet. Sed ex quo consortium carnis et animae hominis nomen accepit, iam et singulum atque separatum, utrumlibet eorum nomen hominis tenuit.

Ponit animam caro, sed ex potestate Verbi.

13. Nemo ergo titubet, quando audit Dominum dixisse: *Pono animam meam, et iterum sumo eam*. Ponit eam caro, sed ex potestate Verbi: sumit eam caro, sed ex potestate Verbi.

Et ipse Dominus Christus dictus est sola caro. Quomodo, inquit, probas? Audeo dicere, et sola caro Christi dictus est Christus. Credimus certe non in solum Deum Patrem, sed et in Iesum Christum Filium eius unicum Dominum nostrum: modo totum dixi, in Iesum Christum Filium eius unicum Dominum nostrum. Totum ibi intellege, et Verbum, et animam, et carnem. Sed utique confiteris etiam illud quod habet eadem fides, in eum Christum te credere qui crucifixus est et sepultus. Ergo etiam sepultum Christum esse non negas: et tamen sola caro sepulta est. Si enim erat ibi anima, non erat mortuus: si autem vera mors erat, ut eius vera sit resurrectio, sine anima fuerat in sepulcro; et tamen sepultus est Christus. Ergo Christus erat etiam sine anima caro, quia non est sepulta nisi caro. Disce hoc etiam in apostolicis verbis. *Hoc sentite, inquit, in vobis, quod et in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo*. Quis, nisi Christus Iesus, quantum attinet ad id quod est Verbum, Deus apud Deum? Vide autem quod sequitur: *Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens; in similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo*. Et hoc quis, nisi idem ipse Christus Iesus? Sed hic iam omnia sunt, et Verbum in forma Dei, quae accepit formam servi; et anima et caro in forma servi, quae accepta est a forma Dei. *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem*. Iam in morte sola caro est a Iudaeis occisa. Si enim discipulis dixit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*; numquid in ipso potuerunt plus quam corpus occidere?

Et tamen carne occisa Christus occisus est.

Ita cum caro animam posuit, Christus animam posuit;

et cum caro, ut resurgeret, animam sumpsit, Christus animam sumpsit.

Nec tamen potestate carnis hoc factum est; sed eius qui et animam et carnem, ubi haec adimplerentur, assumpsit.

14. *Hoc, inquit, mandatum accepi a Patre meo*. Verbum non verbo accepit mandatum, sed in Verbo unigenito Patris est omne mandatum.

Cum autem dicitur Filius a Patre accipere quod substantialiter habet, quomodo dictum est: *Sicut habet Pater vitam in semetipso, sic dedit Filio habere vitam in semetipso*, cum Filius ipse sit vita;

non potestas minuitur, sed generatio eius ostenditur. Quoniam Pater non quasi ei filio qui imperfectus est natus, aliquid addidit; sed ei quem perfectum genuit, omnia gignendo dedit. Ita illi dedit suam aequalitatem, quem non genuit inaequalem.

Sed haec loquente Domino, quoniam lux lucebat in tenebris, et tenebrae eam non comprehendebant:

⁵⁷ Gv 10, 18.

⁵⁸ Gv 5, 26 Vulg.: "Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit et Filio habere vitam in semetipso".

⁵⁹ cfr Gv 1, 5.

*Dissensio iterum facta est inter Iudaeos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Daemonium habet, et insanit; quid eum auditis?*⁶⁰ Ista fuerunt densissimae tenebrae.

*Alii dicebant: Haec verba non sunt daemonium habentis, numquid daemonium potest oculos caecorum aperire?*⁶¹ Jam istorum oculi coeperant aperiri,

et aliquid lucis videre, et veritatis agnoscere. Audivimus patientiam Domini, et inter opprobria Iudaeorum salutis praedicationem. Sed illi obdurati magis eum tentare aggressi sunt, quam verbis illius obedire.⁶³

*Facta sunt, inquit evangelista, encaenia in Ierosolymis, et hiems erat; et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.*⁶⁴

Encaenia autem vocabatur solemnitas dedicationis templi, quam populus Dei ex antiqua patrum traditione per annos singulos celebrare consueverat.

Sed notandum est, quod haec encaenia, quae hic leguntur, non ad primam templi dedicationem, sed ad ultimam pertinent: quod ex eo facile colligitur, quia hieme facta referuntur. Prima siquidem ejusdem templi dedicatio a Salomone tempore autumnii,

secunda autem a Zorobabel et Jesu sacerdote tempore veris, tertia a Juda Macchabaeo tempore hiemis est facta, quando specialiter constitutum esse legitur ut eadem dedicatio per omnes annos in memoriam solemnibus renovaretur officiiis (*III Reg. VI, VIII; Isai. VI*⁶⁵; *I Mach, IV*); quae etiam ad tempus usque Dominicae Incarnationis observata fuit, sicut modo, cum legeretur Evangelium, audivimus. Quae etiam dedicatio salubri consuetudine in Ecclesiis Christi servari moderno tempore dignoscitur. Considerandum est quare evangelista dixisset: Haec encaenia hiemis tempore facta esse. Omnino propter duritiam Iudaeorum, et infidelitatem, quae frigoris nomine saepe designari legitur.

Et ambulabat Iesus in porticu Salomonis. Si ergo Dei Filius ambulare voluit in templo, in quo caro et sanguis brutorum animalium offerebatur, multo magis nostram orationis domum, ubi carnis ipsius ac sanguinis sacramenta celebrantur, visitare gaudebit. Si perambulare non despexit porticum, in quo rex quondam mortalis ac terrenus, quamvis potentissimus ac sapientissimus, ad orandum stare solebat, quanto magis penetrabilia cordium nostrorum invisere atque illustrare desiderat, si tamen ea porticum esse Salomonis, hoc est, si ea timorem suum, qui est initium sapientiae, habere perspexerit? Neque enim putandum est quia domus solummodo, in qua ad orandum vel ad mysteria celebranda convenimus, templum sit Domini; et non ipsi, qui in nomine Domini convenimus, multo amplius templum ejus appellemur et simus, cum manifeste dicat Apostolus: *Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus, Inhabitabo in eis, et inter illos ambulabo (II Cor. VI)*⁶⁶. Ostendit ergo evangelista cur

Sorse di nuovo dissenso tra i Giudei per queste parole. Molti di loro dicevano: «È indemoniato ed è fuori di sé; perché state ad ascoltarlo?». Queste furono densissime tenebre.

Altri dicevano: «Queste parole non sono di un indemoniato; può forse un demonio aprire gli occhi ai ciechi?». (Gv 10, 21). Già gli occhi di costoro cominciavano ad aprirsi,

e a vedere un che di luce, e a conoscere un che di verità. Abbiamo ascoltato la pazienza del Signore, e la predicazione della salvezza tra le contumelie dei Giudei. Ma quelli, duri, si accanirono più a tentarli che ad obbedire alle sue parole.

*Ricorreva allora, dice l'evangelista, a Gerusalemme la festa dell'Encenia.*¹⁰⁰ *Era inverno. Gesù camminava nel tempio, nel portico di Salomone.*

Encenia¹⁰¹ era dunque chiamata la solennità della dedicazione del tempio, che il popolo di Dio, per antica tradizione dei padri, era solito celebrare ogni singolo anno.

Va tuttavia notato che questa encenia, di cui qui si parla, non riguarda la prima dedicazione del tempio, ma l'ultima; il che si deduce facilmente poiché si riferisce che fu fatta d'inverno. Dal momento che la prima dedicazione di questo tempio fu in autunno ad opera di Salomone, la seconda invece in primavera ad opera di Zorobabele e del sacerdote Giosuè, la terza fu fatta da Giuda Maccabeo durante l'inverno, e si legge che in quell'occasione si stabilì specificamente che questa dedicazione venisse rinnovata ogni anno facendone memoria con solenni ufficiature (1Re 6, 37. 8, 2; Esd 6, 15; 1Mac 4, 52. 59); ed è stata osservata nel tempo sino all'Incarnazione del Signore, come abbiamo testé ascoltato leggendo il Vangelo. Sappiamo anche che questa dedicazione è conservata dalle Chiese di Cristo per salubre consuetudine in epoca moderna¹⁰². Bisogna considerare perché l'evangelista abbia detto: Questa dedicazione fu fatta nella stagione invernale. Di certo per la durezza dei Giudei e l'infedeltà, che leggiamo essere spesso designata col nome di freddo. *Gesù camminava nel portico di Salomone.* Se dunque il Figlio di Dio volle camminare nel tempio, in cui era offerta la carne e il sangue degli animali bruti, molto più gioirà nel visitare la nostra casa di preghiera, in cui si celebrano i sacramenti della sua stessa carne e sangue. Se non dispregiò di passeggiare nel portico, in cui un tempo era solito stare a pregare un re mortale e terreno, benché potentissimo e sapientissimo, quanto più desidera visitare e illuminare i penetrabili dei nostri cuori, se constaterà che sono un portico di Salomone, cioè se hanno in sé quel timore per lui, che è principio di sapienza? Infatti non dobbiamo pensare che soltanto la casa, in cui conveniamo per pregare o celebrare i misteri, sia tempio del Signore; e non noi stessi, che conveniamo nel nome del Signore, siamo chiamati e siamo tempio in modo assai più ampio, come dice chiaramente l'Apostolo: *Noi siamo infatti il tempio del Dio vivente, come Dio stesso ha detto: Abiterò in mezzo a loro e con loro camminerò (2Cor 6, 16).* Dunque l'evangelista

Dissensio iterum facta est inter Iudaeos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Daemonium habet, et insanit; quid eum auditis? Ista fuerunt densissimae tenebrae.

Alii dicebant: Haec verba non sunt daemonium habentis; numquid daemonium potest caecorum oculos aperire? Iam istorum oculi coeperant aperiri.

TRACTATUS XLVIII

Ego et Pater unum sumus (Io 10, 22-42).

Ego dixi: Dii estis. Si sermo Dei factus est ad homines ut dicerentur dii, ipsum Verbum Dei quod est apud Deum, quomodo non est Deus? Si per sermonem Dei fiunt homines dii, si participando fiunt dii, unde participant non est Deus?

1. Quod iam commendavi Dilectioni vestrae, stabiliter meminisse debetis, sanctum Ioannem evangelistam nolle nos semper lacte nutrirī, sed solido cibo vesci. Quisquis autem ad sumendum solidum cibum verbi Dei adhuc minus idoneus est, lacte fidei nutriatur, et verbum quod intellegere non potest, credere non cunctetur. Fides enim meritum est, intellectus praemium. In ipso labore intentionis desudat acies mentis nostrae, ut ponat sordiculas nebulae humanae, et serenetur ad Verbum Dei. Non ergo recusetur labor, si adest amor: nostis enim quoniam qui amat non laborat. Omnis enim labor non amantibus gravis est. Si tantos labores cum avaris portat cupiditas, nobiscum non portat caritas?

2. Evangelium intendite: *Facta sunt autem Encaenia in Ierosolymis.*

Encaenia festivitas erat dedicationis templi.

Graece enim Καίνον dicitur novum quodcumque novum aliquid fuerit dedicatum,

Encaenia vocantur.

Iam et usus habet hoc verbum: si quis nova tunica induatur, encaeniare dicitur.

Illum enim diem quo templum dedicatum est, Iudaei solemniter celebrabant: ipse dies festus agebatur, cum ea quae lecta sunt, locutus est Dominus.

Qui credit, accedit: qui negat, recedit.

3. *Hiems erat. Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.*

⁶⁰ Gv 10, 19-20.

⁶¹ Gv 10, 21.

⁶³ Pur non evidenziando in azzurro questo passo, ho deciso di collocarlo in parallelo a questo §1 di Agostino perché, pur procedendo su binari assolutamente differenti, trattano dell'apertura alla conoscenza di Dio.

⁶⁴ Gv 10, 22-23.

⁶⁵ In realtà Esdra 6, 15

⁶⁶ Vulg.: "vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos"; Sabatier in nota: "Lucifer Cal. l. de non conven. cum haeret. pp. 226. b. c. 242. c. ... Vos enim estis templum Dei vivi. Scriptum est enim: Quoniam inhabitabo in illis, & inter illos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus."

¹⁰⁰ NCEI traduce: Dedicazione, ma ho dovuto mantenere il termine di Encenia richiesto dall'economia del testo.

¹⁰¹ Hanuccà

¹⁰² Come resistere a un Beda che parla di tempi moderni? Non ce l'ho fatta a tradurre altrimenti.

dixisset *hiemis tempore*, dum inquit:

Circumdederunt eum Iudaei.

Circumdederunt itaque eum tentationis gratia, non veritatis agnoscendae voluntate, et dicebant:

*Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.*⁶⁷

Haec vero non veritatem fidei inquirendo, sed illi, quem interrogabant, insidiando, et calumniam struendo, dicebant, ut invenirent quando accusarent eum, nolentes eum credere Deum,

sed hominem purum tantummodo futurum, et regem caeteris hominibus excelsiorem esse venturum; qua etiam dementia posterorum usque in praesens, et donec Antichristum pro Christo suscipiant, errare non cessant. Et si se Dominus Iesus Christus esse responderet, cogitabant eum tradere potestati praesidis puniendum, quasi contra Augustum repugnans, illicitum sibi usurparet imperium.

Sed ipse nostrae salutis consulens, propter quos haec scribenda erant, id responsum temperavit suum, ut et calumniatorum ora concluderet, et quia Christus est, fidelibus aperta voce panderet.

Illi enim de homine Christo quaerebant, ipse autem divinitatis suae, qua aequalis est Patri, palam mysteria narrat. Quid ergo Iudaei circumdantes Dominum dixerunt, videamus: *Quousque, inquit, animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.* Non venit Christus in se credentibus animam tollere, sed animam vivificare. Sed ipsi sibi Iudaei animam per infidelitatem tulerunt, qui tentare Christum, non in Christum credere, congregati sunt.

*Respondit eis Iesus. Loquor vobis, et non creditis.*⁶⁸

Proprie ostendit quis esset, dum dixit: *Loquor vobis*, id est, Verbum Dei coaeternum patri, quia opera, quae facit in nomine Patris, testimonium perhibent quod est Filius Dei, qui gloriam suam non quaesivit, sed ejus qui misit illum quia una est gloria Patris et Filii; sed hanc fidem corda infidelium accipere non quiverunt, de quibus ait:

Sed vos non creditis.

Causamque reddit cur non crederent.

*Quia non estis ex ovibus meis.*⁶⁹

Oves sunt credendo, oves sunt pastorem sequendo, oves sunt Redemptorem non contemnendo, oves sunt per ostium intrando, oves sunt exeundo, et pascua inveniando.

Quomodo ergo istis dixit: *Non estis ex ovibus meis?* quia videbat eos ad sempiternam futuros perditionem, non ad vitam aeternam sui sanguinis pretio comparatos.

*Oves meae vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam aeternam do eis.*⁷⁰

mostra perché abbia detto *d'inverno*, quando dice:

i Giudei gli si fecero attorno.

Lo circondarono infatti per metterlo alla prova, non per volontà di conoscere la verità, e dicevano:

«Fino a quando ci terrai nell'incertezza? Se tu sei il Cristo, dillo a noi apertamente».

In realtà quelli che interrogavano, lo dicevano non per cercare la verità della fede, ma per insidiare e costruire calunnie, per trovare come accusarlo, non volendolo credere Dio,

ma che sarebbe stato solamente puro uomo¹⁰³, e che sarebbe divenuto re più eccelso rispetto a tutti gli altri uomini; anche questa follia è ancora presente fra i loro posteri fino al presente, e finché scambieranno l'Anticristo per Cristo non cessano di errare. E se il Signore Gesù avesse risposto di essere lui il Cristo, meditavano di consegnarlo in potere del governatore per punirlo, come se fosse ostile ad Augusto, per usurpare illecitamente il suo impero. Ma egli, prendendosi cura della salvezza nostra, per cui si sarebbero scritte queste cose, temperò questa sua risposta, così da concludere l'ora dei calunniatori, e proclamare a voce alta ai fedeli che lui è Cristo.

Quelli infatti interrogavano sull'uomo Cristo, lui invece narra apertamente della sua divinità, per la quale è uguale al Padre. Dunque analizziamo cosa dissero i Giudei attorniano Gesù: *Fino a quando, dicono, ci terrai nell'incertezza? Se tu sei il Cristo, dillo a noi apertamente.* Cristo non è venuto a tenere nell'incertezza quanti credono in lui, ma a vivificarli. Ma i Giudei caddero nell'incertezza da se stessi a causa dell'infedeltà, loro che si sono riuniti per mettere alla prova Cristo, non per credere in Cristo.

Gesù rispose loro: Ve l'ho detto, e non credete.

Ha esposto esattamente chi sia, quando disse: *Ve l'ho detto*, cioè, il Verbo di Dio coeterno al padre, perché le opere che fa nel nome del Padre rendono testimonianza che è il Figlio di Dio, che non cerca la propria gloria ma di colui che lo ha mandato, perché una sola è la gloria del Padre e del Figlio, ma non poterono ricevere questa fede i cuori degli infedeli, di cui dice:

Ma voi non credete.

E dà ragione del loro non credere.

Perché non fate parte delle mie pecore.

Sono pecore credendo, sono pecore seguendo il pastore, sono pecore non disprezzando il Redentore, sono pecore entrando per la porta, sono pecore uscendone, e trovando il pascolo.

Come mai disse a costoro: *Non fate parte delle mie pecore?* Perché li vedeva volti alla sempiterna, rovina, e non acquistati alla vita eterna a prezzo del suo sangue.

Le mie pecore ascoltano la mia voce e io le conosco ed esse mi seguono. Io do loro la vita eterna.

Circumdederunt ergo eum Iudaei,

et dicebant ei:

Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.

Non veritatem desiderabant, sed calumniam praeparabant. *Hiems erat*, et frigidi erant: ad illum enim divinum ignem accedere pigri erant. Sed accedere est credere: qui credit, accedit; qui negat, recedit. Non movetur anima pedibus, sed affectibus. Friguerant a diligendi caritate, et ardebant nocendi cupiditate. Longe aberant, et ibi erant: non accedebant credendo, et premebant persequendo. Quaerebant audire a Domino: Ego sum Christus: et fortasse de Christo secundum hominem sapiebant. Praedicaverunt Prophetae Christum: sed divinitatem Christi et in Prophetis et in ipso Evangelio nec haeretici intellegunt; quanto minus Iudaei, quamdiu velamen est super cor eorum? Denique quodam loco sciens Dominus Iesus eos de Christo secundum hominem sapere, non secundum Deum, secundum id quod homo erat, non secundum id quod Deus etiam assumpto homine permanebat, ait illis: *Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est?* Responderunt secundum opinionem suam: *David*. Sic enim legerant, et hoc solum tenebant: quia divinitatem eius legebant, sed non intellegebant. Dominus autem ut eos suspenderet ad quaerendam eius divinitatem, cuius contemnebant infirmitatem, respondit eis: *Quomodo ergo David in spiritu dicit eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo David in spiritu dicit eum Dominum, quomodo filius eius est?* Non negavit, sed interrogavit. Ne quis hoc cum audierit, putet quod Dominus Iesus negaverit se filium esse David. Filium David Dominus Christus si se negaret, caecos sic eum invocantes non illuminaret. Transibat enim aliquando, et duo caeci sedentes iuxta viam clamaverunt: *Miserere nostri, fili David*. Qua voce audita, misertus est; stetit, sanavit, lumen dedit; quia nomen agnovit. Dicit et apostolus Paulus: *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem:* et ad Timotheum: *Memor esto Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David secundum Evangelium meum*. Quia de semine David originem Maria virgo ducebat, inde Dominus de semine David.

4. Hoc pro magno Iudaei a Christo quaerebant, ut si diceret:

Ego sum Christus, secundum quod illi solum sapiebant de semine David, calumniarentur quod sibi arrogaret regiam potestatem. Plus est quod eis respondit: illi de filio David volebant calumniari, ille Filium Dei se esse respondit. Et quomodo? Audite:

Respondit eis Iesus: Loquor vobis, et non creditis;

opera quae ego facio in nomine Patris mei, haec testimonium perhibent de me:

sed vos non creditis,

quia non estis ex ovibus meis.

Iam supra didicistis quae sint oves: estote oves.

Oves credendo sunt, oves pastorem sequendo sunt, oves redemptorem non contemnendo sunt, oves per ostium intrando sunt, oves exeundo et pascua inveniando sunt,

oves vita aeterna perfruendo sunt.

Quomodo ergo istis dixit: *Non estis ex ovibus meis?* Quia videbat eos ad sempiternum

interitum praedestinos,

non ad vitam aeternam sui sanguinis pretio comparatos.

Ibi nulla herba arescit, totum viret, totum viget.

5. *Oves meae vocem meam audiunt, et cognosco eas, et sequuntur me: et ego vitam aeternam do eis.*

⁶⁷ Gv 10, 24 Vulg.: "Circumdederunt ergo eum Iudaei, et dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam."

⁶⁸ Gv 10, 25.

⁶⁹ Gv 10, 26 Vulg.: "sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis."

⁷⁰ Gv 10, 27-28.

¹⁰³ Parla al futuro perché i Giudei, non riconoscendo Gesù come il Cristo, lo attendevano e ancora lo attendono.

Dicit enim, *cognosco eas*. Consuetudo sanctae Scripturae est dicere Dominum nosse quiddam eligit, Apostolo dicente: *Novit Dominus qui sunt ejus (II Tim. II)*;⁷¹ et illud nescire, quod non approbat dignum vitae aeternae. Unde ad impios dicturus erit: *Non novi vos (Matth. VII)*⁷². Sequitur de ovibus: *Et ego vitam aeternam do eis*. Haec sunt pascua quae superius promisit ovibus suis, ubi nulla herba crescit⁷³, totum viret, totum viget, totum integrum permanet, et quiddam semel accipitur, semper habetur.

*Et non peribunt in aeternum.*⁷⁴
Hic subaudiendum est quomodo vos peribitis, quia non estis ex ovibus meis.
*Et non rapiet eas quisquam de manu mea.*⁷⁵
Id est, potestate mea.
*Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est.*⁷⁶

Quod dedit Pater Filio majus omnibus est, ut ipse illi esset unigenitus Filius, aequalis, consubstantialis.
Quid est quod dedit?
Utique gignendo dedit, quia non minorem sibi genuit, non tempore posteriorem, sed coaeternum, sine initio temporis semper Deum.

Non est dicendum: Non erat antequam natus erat. Nunquam enim non natus erat, qui Patri coaeternus erat. Qui sapit, capit; qui non capit, credat. Nutriatur fide, ut possit capere verbum Dei,

quia Verbum Filius. Semper ergo Filius, et semper aequalis. Non enim crescendo, sed nascendo aequalis est, qui semper natus de Patre Filius, de Deo Deus, de aeterno coaeternus. Pater autem non de Filio Deus, Filius de Patre Deus. Ideo Pater gignendo dedit ut Deus esset,

gignendo dedit ut aequalis esset, hoc est, quod majus est omnibus.

Ideo transcendit iste Joannes omnes altitudines creaturarum, et

Dice infatti, *le conosco*. È consuetudine delle sante Scritture dire che il Signore conosce quanto sceglie, quando l'Apostolo dice: *Il Signore conosce quelli che sono suoi (2Tim 2, 19)*; e che non conosce ciò che non reputa degno della vita eterna. Per cui dirà agli empi: *Non vi ho conosciuti (Mt 7, 23)*. Prosegue a proposito delle pecore: *Io do loro la vita eterna.*¹⁰⁴ Sono questi i pascoli che sopra promise alle sue pecore, dove non cresce nessuna erba, tutto vigoreggia, tutto vige, tutto permane integro, e quanto viene preso una volta, è per sempre.

E non andranno perdute in eterno.
Qui bisogna intendere che: voi perite perché non siete delle mie pecore.
E nessuno le strapperà dalla mia mano.
Cioè, dalla mia potestà.
Il Padre mio, che me le ha date, è più grande di tutti.

Ciò che il Padre ha dato al Figlio è più grande di tutto, di essergli l'unigenito Figlio, uguale, consustanziale.
Cos'è ciò che ha dato?
Senz'altro lo ha dato generando, poiché lo ha generato non minore a sé, non posteriore nel tempo, ma coeterno, senza inizio di tempo sempre Dio.

Né si può dire: egli non esisteva prima di nascere. Non era mai non nato, lui che era coeterno al Padre. Chi è capace capisca; chi non capisce creda. Si nutra di fede per poter comprendere il verbo di Dio,

perché Verbo è Figlio. Sempre dunque è Figlio e sempre uguale. Non infatti crescendo, ma nascendo è uguale, lui che è Figlio da sempre nato dal Padre, Dio da Dio, coeterno dall'eterno. Il Padre, poi, non dal Figlio è Dio, il Figlio è Dio dal Padre. Dunque il Padre, generandolo gli ha dato di essere Dio,

generando gli ha dato di essere uguale; ecco ciò che è più grande di tutte le cose.

Davvero questo Giovanni oltrepassa tutte le altezze delle creature e

Ecce sunt pascua. Si recolitis, superius dixerat: *Et ingreditur, et egredietur, et pascua inveniet. Ingressi sumus credendo, egredimur moriendo*. Sed quomodo per ostium fidei ingressi sumus, sic fideles de corpore exeamus: sic enim per ipsum ostium egredimur, ut pascua invenire possimus.¹⁰⁶

Bona pascua, vita aeterna dicitur: ibi nulla herba arescit, totum viret, totum viget. Solet quaedam herba dici semper viva: ibi solum vivere invenitur. *Vitam aeternam, inquit, dabo eis, ovibus meis*. Vos calumnias propterea quaeritis, quia de vita praesenti cogitatis.

Qui sapit capiat: qui non capit credat, nutriatur, et capiet.

6. Et non peribunt in aeternum:
subaudis, tamquam eis dixerit:
Vos peribitis in aeternum, quia non estis ex ovibus meis.
Non rapiet eas quisquam de manu mea.
Intentius accipite:
Pater meus quod dedit mihi, maius est omnibus.

Quid potest lupus? quid potest fur et latro? Non perdit nisi ad interitum praedestinos. De illis autem ovibus, de quibus dicit Apostolus: *Novit Dominus qui sunt eius; et: Quos praescivit, ipsos et praedestinavit; quos autem praedestinavit, ipsos et vocavit; quos autem vocavit, illos et iustificavit; quos autem iustificavit, ipsos et glorificavit*: de ovibus istis nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit. Securus est de numero earum, qui pro eis novit quod dedit. Et hoc est quod ait: *Non rapiet eas quisquam de manu mea*: et item ad Patrem: *Pater meus quod dedit mihi, maius est omnibus*.

Quid dedit Filio Pater maius omnibus? Ut ipse illi esset unigenitus Filius.

Quid est ergo, dedit?
iam erat cui daret, an gignendo dedit?

Nam si erat cui daret ut Filius esset, aliquando erat, et Filius non erat: Absit ut aliquando Dominus Christus fuerit, et Filius non fuerit. De nobis hoc dici potest: aliquando filii hominum eramus, filii Dei non eramus. Nos enim filios Dei gratia fecit, illum natura, quia ita natus est.

Et non est ut dicas: Non erat antequam natus erat: nunquam enim non natus erat, qui Patri coaeternus erat. Qui sapit capiat; qui non capit credat, nutriatur, et capiet.

Verbum Dei semper cum Patre, et semper Verbum: et quia Verbum, ideo Filius. Semper ergo Filius, et semper aequalis. Non enim crescendo, sed nascendo aequalis est, qui semper natus est de Patre Filius, de Deo Deus, de aeterno coaeternus. Pater autem non de Filio Deus: Filius de Patre Deus; ideo Pater Filio gignendo dedit ut Deus esset, gignendo dedit ut sibi coaeternus esset, gignendo dedit ut aequalis esset. Hoc est quod maius est omnibus.

Quomodo vita Filius, et habens vitam Filius? Quod habet hoc est: tu aliud es, aliud habes. Verbi gratia, habes sapientiam; numquid tu es ipsa sapientia? Denique quia non es tu ipse quod habes, si amiseris quod habes, redis ut non habeas: et aliquando resumis, aliquando amittis. Quomodo oculus noster non in seipso habet inseparabiliter lucem; aperitur et capit, clauditur et amittit. Non sic est Deus Dei Filius, non sic est Verbum Patris; non sic est Verbum quod non sonando transit, sed nascendo manet. Sic habet sapientiam, ut ipse sit sapientia, faciatque sapientes; sic habet vitam, ut sit ipse vita, faciatque viventes. Hoc est quod maius est omnibus. Attendit

Ioannes ipse evangelista coelum et terram, volens dicere de Filio Dei; attendit, et

⁷¹ Si veda poco oltre in Agostino al §6.

⁷² Vulg.: "numquam novi vos :"; VL: "Quia non vos novi:"; NCEI: "*Non vi ho mai conosciuti*".

⁷³ Come si può notare, in Agostino si dice "arescit", di facile comprensione. Nella soluzione di Beda "crescit" va inteso come: "non ha bisogno di crescere" perché sempre vigoreggia, come lascia trasparire il prosiegua del periodo.

⁷⁴ Gv 10, 28.

⁷⁵ Gv 10, 28.

⁷⁶ Gv 12, 29.

¹⁰⁴ Si veda in Agostino qualche riga più avanti nel medesimo §.

¹⁰⁶ Analoga trattazione, evidenziata con medesimo colore, nella prima parte di questo capitolo, affiancata all'omelia 47 di Agostino.

millia exercitus angelorum, et

magna omnia, et pervenit ad illud, quod majus est omnibus, et dicit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (Joan. I). Hoc est quod majus omnibus est, id est, ut sim Verbum ejus, ut sim unigenitus Filius ejus, ut sim splendor lucis ejus. Ideo nemo rapit oves de manu mea.⁷⁷
*Et nemo potest rapere de manu Patris mei.*⁷⁸

Manus Patris et manus Filii una manus est, id est,

una potestas, quia una divinitas,

una majestas, una aeternitas, una aequalitas. Quam videlicet aequalitatem ipse Dominus in divinitate habuit, priusquam mundus esset, apud Patrem (Joan. XVII), ipse in humilitate ex tempore Incarnationis accepit, et nemo potest rapere de manu Patris mei.

Aperte dans intelligi unam atque indissimilem esse manum, hoc est, virtutem suam, et Patris; atque ideo Christum se esse credendum, qui non, sicut caeteri, factus per gratiam ex tempore, sed verus semper exstiterit Filius Dei, quod etiam sequenti sententia luce clarius aperit, dicens:

*Ego et Pater unum sumus.*⁷⁹

Unum, inquit, sumus; una nobis substantia, una est divinitas, una aeternitas, perfecta aequalitas, dissimilitudo nulla. Quibus profecto verbis non praesentem solummodo Judaeorum quaestionem, qua an ipse esset Christus, interrogabant, explicavit, sed etiam haereticorum perfidiam, quam futuram praevidebat, quantum sit execranda, monstravit. Conticescat Sabellius audiens *Ego et Pater*, qui unam personam Patris et Filii prava doctrina disseruit; nam *Ego et Pater* duae sunt personae. Item erubescat Arius audiens, *Unum sumus*, qui duas naturas in Patre et Filio astruit, dum unum unam naturam significat, sicut sumus duas personas.

Sequamur apostolicam fidem, quam beatus Petrus princeps Apostolorum confessus est: *Tu es Christus filius Dei vivi* (Matth. XVI). Judaei, videlicet, verba Domini audientes, hucusque sustinuerunt; dum vero ait:

Ego et Pater unum sumus, non pertulerunt, sed more suo duri, ad lapides cucurrerunt,

sicut Evangelista dicit:

*Tulerunt lapides, ut lapidarent eum*⁸⁰. Dominus, quia non patiebatur, quod nolebat pati, et non est passus, nisi quod voluit pati, adhuc eos lapidare cupientes alloquitur. Sustulerunt Judaei lapides, ut lapidarent illum.

*Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo; propter quod eorum opus me lapidatis? Et responderunt: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum.*⁸¹ Ad illud hoc

le migliaia di schiere angeliche, e

tutte le grandi cose, e perviene a colui che è più grande di tutte le cose e dice: *In principio era il Verbo, e il Verbo era presso Dio e il Verbo era Dio* (Gv 1, 1). Questo è essere più grande di ogni cosa, cioè che io sia il suo Verbo, che sia il suo unigenito Figlio, che sia lo splendore della sua luce. Perciò nessuno rapirà le pecore dalla mia mano.
E nessuno può strapparle dalla mano del Padre mio.

La mano del Padre e la mano del Figlio sono una sola mano, cioè

una sola potestà, perché una divinità,

una maestà, una eternità, una uguaglianza. Naturalmente questa uguaglianza il Signore stesso l'ebbe nella divinità, prima che il mondo fosse, presso il Padre (cfr Gv 17, 5); egli la ricevette nell'umiltà al tempo dell'Incarnazione,
*“e nessuno può strapparle dalla mano del Padre mio”*¹⁰⁵.

Chiaramente dando ad intendere che una e non dissimile è la mano, cioè la potenza sua, e del Padre; e pertanto dice di essere il Cristo in cui credere, non fatto, come gli altri, nel tempo per grazia, ma il vero Figlio di Dio da sempre esistente, come pure mette in luce più chiaramente con la seguente sentenza, dicendo:

Io e il Padre siamo una cosa sola.

Siamo uno, dice; una la nostra sostanza, una è la divinità, una l'eternità, perfetta l'uguaglianza, in nulla dissimili. Avendo proferito queste parole, non solo spiegò la questione contingente dei Giudei, con cui interrogavano se fosse lui il Cristo, ma anche palesò quanto sia execranda la perfidia degli eretici, che prevede sarebbe sopraggiunta. Si taccia Sabellio sentendo: *Io e il Padre*, lui che disseminò la mala dottrina del Padre e del Figlio una sola persona; infatti *Io e il Padre* sono due persone. Parimenti arrossisca Ario sentendo: *Siamo uno*, lui che sostiene che nel Padre e nel Figlio sono due nature, dato che uno significa una sola natura, così come siamo due persone. Seguitiamo nella fede apostolica, confessata dal beato Pietro, principe degli Apostoli: *Tu sei il Cristo, il Figlio del Dio vivente* (Mt 16, 16). I Giudei, evidentemente, ascoltando le parole del Signore, sin qui avevano sopportato; poi quando disse:

Io e il Padre siamo una cosa sola, non sopportarono oltre, ma, duri come d'abitudine, ricorsero alle pietre, come dice l'Evangelista:

Raccolsero delle pietre per lapidarlo. Il Signore, che non pativa ciò che non voleva patire - e che non patì se non quello che volle patire -, parlò ancora a quelli che desideravano lapidarlo. *I Giudei raccolsero delle pietre per lapidarlo.*

Gesù disse loro: «Vi ho fatto vedere molte opere buone da parte del Padre: per quale di esse volete lapidarmi?». Gli risposero i Giudei: «Non ti lapidiamo per un'opera buona, ma per una bestemmia: perché tu, che sei uomo, ti fai Dio». Così

transcendit.

Cogitavit supra coelum

millia exercitus Angelorum,

cogitavit et transcendit universam, sicut aquila nubes, sic sua mente creaturam: transcendit

magna omnia, pervenit ad illud quod maius est omnibus; et dixit: *In principio erat Verbum.*

Sed quia ille cuius est Verbum non est de Verbo, Verbum autem de illo est cuius est Verbum; ideo ait: *Quod dedit mihi Pater, id est, ut sim Verbum eius, ut sim unigenitus Filius eius, ut sim splendor lucis eius, maius est omnibus.* Ideo: *Nemo rapit, inquit, oves meas de manu mea.*

Nemo potest rapere de manu Patris mei.

7. De manu mea, et de manu Patris mei: quid est hoc: Nemo rapit de manu mea, et: Nemo rapit de manu Patris mei? Utrum

una manus est Patris et Filii,

an forte ipse Filius manus est Patris sui? Si manum intellegamus potestatem,

una est Patris et Filii potestas; quia una est divinitas:

si autem manum intellegamus, sicut dictum est per prophetam: *Et brachium Domini cui revelatum est*, manus Patris ipse est Filius. Quod non ita dictum est, tamquam Deus habeat humanam formam, et quasi corporis membra; sed quod per ipsum facta sunt omnia. Nam solent et homines dicere manus suas esse alios homines, per quos faciunt quod volunt. Aliquando et ipsum opus hominis, manus hominis dicitur quod fit per manum: sicut dicitur quisque agnoscere manum suam, cum id quod scripsit agnoscit. Cum ergo multis modis etiam hominis dicatur manus, qui proprie manum habet in sui corporis membris; quanto magis non uno modo intellegendum est cum legitur manus Dei, cui forma corporis nulla est? Ac per hoc melius hoc loco manum Patris et Filii intellegimus potestatem Patris et Filii; ne forte cum hic manum Patris ipsum Filium dictum acceperimus, incipiat carnalis cogitatio etiam ipsius Filii quaerere Filium, quem similiter credat Christi manum. Ergo:

Nemo rapit de manu Patris mei;

hoc est: Nemo rapit mihi.

8. Sed ne forte adhuc titubes, audi quid sequitur:

Ego et Pater unum sumus.

Huc usque Judaei tolerare potuerunt: audierunt:

Ego et Pater unum sumus, et non pertulerunt; et more suo duri, ad lapides cucurrerunt.

Tulerunt lapides, ut lapidarent eum. Dominus quia non patiebatur quod nolebat pati, et non est passus nisi quod voluit pati, adhuc eos lapidare cupientes alloquitur. *Sustulerunt lapides Judaei, ut lapidarent illum.*

Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Et illi responderunt: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, et quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Ad illud hoc

⁷⁷ cfr Gv 10, 28.

⁷⁸ Gv 10, 29. In NCEI manca “mio”.

⁷⁹ Gv 10, 30.

⁸⁰ Gv 10, 31; Sabatier in nota: “Hilar. l. 7. de Trin. col. 931. d. legit: *Tulerunt igitur lapides Judei, ut eum lapidarent.* Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 691. a. *Tulerunt lapides, ut lapidarent eum.* Similiter August. in hunc loc. sed paulo inf. *Sustulerunt lapides Judaei, &c.*”

⁸¹ Gv 10, 32-33.

¹⁰⁵ In realtà è citazione di Gv 10, 29. Lo racchiudo anche tra “” per evidenziare che è stato posto per rammentarci che è l'oggetto della spiegazione che sta svolgendo.

responderunt, quod dixerat: *Ego et Pater unum sumus*. Ecce Iudaei intellexerunt quod Ariani non intelligunt. Ideo enim irati sunt, quoniam senserunt non posse dici: *Ego et Pater unum sumus*, nisi ubi aequalitas est Patris et Filii. Dominus autem vide quid responderit pravis. Videt eos non ferre splendorem veritatis, et eos tentavit in verbis.

*Nonne scriptum est in lege vestra (id est, vobis data) quia, Ego dixi: Dii estis?*⁸² Deus dicit per prophetam in psalmo hominibus: *Ego dixi: Dii estis (Psal. LXXXI)*; et legem appellavit Dominus generaliter omnes illas Scripturas, quamvis alibi specialiter dicat legem, a prophetis eam distinguens, sicut est: *Lex et prophetae usque ad Joannem (Matth. XI)*⁸³; et in his duobus praeceptis tota lex et prophetae (Matth. XXVIII)⁸⁴. Aliquando autem in tria distribuit easdem scripturas, ubi ait: *Oportebat impleri omnia, quae scripta sunt in lege et prophetis et psalmis de me (Luc. XXIV)*⁸⁵. Nunc vero etiam psalmos legis nomine nuncupavit, ubi scriptum est: *Ego dixi: Dii estis*.

*Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura, quam*⁸⁶ *Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemias, quia dixi: Filius Dei sum.*⁸⁷ Sermo Dei factus est ad homines, ut dicerentur dii, ipsum Verbum Dei, quod est apud Deum.

Si ergo homines participando fiunt dii; unde participant, non est Deus? Si lumina illuminata, dii sunt, lumen quod illuminat, quomodo non est Deus? Si calefacti quodam modo igne salutari, dii efficiuntur, unde calefiunt, non est Deus? Accedis ad lumen, illuminaris, et inter filios Dei numeraris. Si recedis a lumine, obscuraris, et in tenebris computaris. Illud tamen lumen nec accedit ad se, quia non recedit a se. Si ergo vos deos facit sermo Dei, quomodo non est Deus verbum Dei Patris?

*Ergo Pater sanctificavit Filium suum, et misit in mundum.*⁸⁸ Forte aliquis dicat: Si pater eum sanctificavit, aliquando sanctus non erat. Sic ergo sanctificavit, quomodo genuit. Ut enim sanctus esset, gignendo ei dedit, quia sanctum eum genuit. Nam si quod sanctificatur, ante non erat sanctum, quomodo dicimus Deo Patri: *Sanctificetur nomen tuum (Matth. VI)*?

*Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis quia in me est Pater, et ego in illo.*⁸⁹

Quomodo possunt dicere homines: Si enim bene cogitemus, in Deo sumus; et si bene vivamus, Deus in nobis est. Fideles participant es eius gratiam, illuminati ab ipso, in illo sumus, et ipse in nobis. Sed non sic unigenitus Filius. Ille in Patre, et Pater in illo, tanquam aequalis in eo, cui est aequalis. Denique nos aliquando possumus dicere: In Deo sumus, et Deus in nobis. Ego et Deus unum sumus, nunquid possumus dicere? In Deo es, quia Deus continet te. Deus est in te, quia templum Dei factus es. Sed nunquid quia in Deo es, et Deus est in te, potes dicere: *Qui me videt? Deum videt?*⁹⁰ quomodo Unigenitus dixit: *Qui me videt, videt et Patrem?*⁹¹ *Ego et Pater unum sumus?* Agnosce proprium Domini, et munus servi. Proprium Domini est aequalitas Patris, munus servi est participatio Salvatoris.

*Quaerebant ergo eum apprehendere.*⁹² Utinam apprehenderent, sed credendo et intelligendo, non saeviendo et occidendo.

risposero a ciò che aveva detto: *Io e il Padre siamo una cosa sola*. Ecco, i Giudei compresero ciò che non intendono gli Ariani. Essi si infuriarono appunto perché si resero conto che non si può dire: *Io e il Padre siamo una cosa sola*, se non dove c'è uguaglianza tra il Padre e il Figlio. Nota cosa rispose il Signore a questi spiriti abietti. Vede che essi non reggono lo splendore della verità, e li saggia con le parole:

Non è forse scritto nella vostra Legge (cioè data a voi): Io ho detto: voi siete dèi? Nel salmo, per bocca del profeta, Dio dice agli uomini: *Io ho detto: Voi siete dèi*, (Sal 81, 6); e il Signore chiamò legge tutte le Scritture in genere, quantunque altrove nomini specificamente la legge, distinguendola dai profeti, come ad esempio: *La legge e i Profeti fino a Giovanni (Lc 16, 16)*, e: *In questi due comandamenti [sta] tutta la Legge e i Profeti*». (Mt 22, 40). Qualche volta invece distribuisce le medesime Scritture in tre parti, quando dice: *bisogna che si compiano tutte le cose scritte su di me nella legge di Mosè, nei Profeti e nei Salmi (Lc 24, 44)*. Qui invece sotto il nome di legge include anche i salmi, dove sta scritto: *Io ho detto: voi siete dèi*.

Ora, se essa ha chiamato dèi coloro ai quali fu rivolta la parola di Dio – e la Scrittura non può essere annullata –, a colui che il Padre ha consacrato e mandato nel mondo voi dite: “Tu bestemmi”, perché ho detto: “Sono Figlio di Dio”? Il discorso di Dio è fatto per gli uomini, perché siano detti dèi: esso [è] il Verbo stesso di Dio, che è presso Dio.

Se dunque gli uomini diventano dei per partecipazione, colui da cui traggono la partecipazione non è Dio? Se i lumi illuminati sono dèi, il lume che illumina come può non essere Dio? Se in qualche modo scaldati dal fuoco salutare sono fatti dèi, colui da cui sono scaldati non è Dio? Avvicinati alla luce, sarai illuminato e annoverato tra i figli di Dio. Se ti allontani dalla luce, ti oscurerai e sarai annoverato nelle tenebre. Tuttavia questa luce, non accede a sé, perché non recede da sé. Se dunque il parlare di Dio vi fa dèi, come può non essere Dio il verbo di Dio Padre?

Il Padre dunque ha consacrato il Figlio suo e mandato nel mondo. Forse qualcuno dirà: Se il padre lo ha santificato, un tempo non era santo. Lo ha invero santificato nel generarlo. Generandolo gli ha dato di essere santo, poiché lo ha generato santo. Infatti, se poiché viene santificato non fosse già santo, in che senso diciamo a Dio Padre: *Sia santificato il tuo nome (Mt 6, 9)*?

Se non compio le opere del Padre mio, non credetemi; ma se le compio, anche se non credete a me, credete alle opere, perché sappiate e conosciate che il Padre è in me, e io in lui».

In questo senso gli uomini possono dire: Se infatti pensiamo rettamente, noi siamo in Dio; e se viviamo bene, Dio è in noi. Come fedeli siamo partecipi della sua grazia, da lui illuminati, siamo in lui, e lui è in noi. Ma non così il Figlio unigenito. Egli è nel Padre, e il Padre in lui, come uguale in lui, cui è uguale. Infine noi talora possiamo dire: Siamo in Dio, e Dio è in noi. Io e Dio siamo una cosa sola, possiamo forse dirlo? Sei in Dio, perché Dio ti contiene. Dio è in te, perché sei fatto tempio di Dio. Ma dato che sei in Dio, e Dio è in te, puoi forse dire: chi vede me, vede Dio? come l'Unigenito ha detto: *Chi ha visto me, ha visto il Padre? Io e il Padre siamo una cosa sola?* Riconosci ciò che è proprio del Signore, e ciò che è dono al servo. Proprio del Signore è l'uguaglianza col Padre, dono al servo è la partecipazione al Salvatore.

Allora cercarono nuovamente di catturarlo. Magari l'avessero preso! ma credendo e comprendendo, non perseguitando e uccidendo.

responderunt quod dixerat: *Ego et Pater unum sumus*. Ecce Iudaei intellexerunt quod non intellegunt Ariani. Ideo enim irati sunt, quoniam senserunt non posse dici: *Ego et Pater unum sumus*, nisi ubi aequalitas est Patris et Filii.

9. Dominus autem videte quid responderit tardis. Vidit eos non ferre splendorem veritatis, et eum temperavit in verbis.

Nonne scriptum est in Lege vestra, id est, vobis data, quia ego dixi: Dii estis? Deus dicit per Prophetam in Psalmo hominibus: *Ego dixi: Dii estis*. Et Legem appellavit Dominus generaliter omnes illas Scripturas: quamvis alibi specialiter dicat Legem, a Prophetis eam distinguens; sicuti est: *Lex et Prophetae usque ad Ioannem*; et: *In his duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae*.

Aliquando autem in tria distribuit easdem Scripturas, ubi ait: *Oportebat impleri omnia quae scripta sunt in Lege, et Prophetis, et psalmis de me*. Nunc vero Psalmos etiam Legis nomine nuncupavit, ubi scriptum est: *Ego dixi: Dii estis*.

Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura: quem Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemias; quia dixi: Filius Dei sum? **Si** sermo Dei factus est ad homines ut dicerentur dii, ipsum Verbum Dei quod est apud Deum,

quomodo non est Deus? Si per sermonem Dei fiunt homines dii, si participando fiunt dii, unde participant non est Deus? Si lumina illuminata dii sunt, lumen quod illuminat non est Deus? Si calefacti quodammodo igne salutari dii efficiuntur, unde calefiunt non est Deus? Accedis ad lumen et illuminaris, et inter filios Dei numeraris; si recedis a lumine, obscuraris, et in tenebris computaris: illud tamen lumen nec accedit ad se, quia non recedit a se. Si ergo vos deos facit sermo Dei, quomodo non est Deus Verbum Dei?

Pater ergo sanctificavit Filium suum, et misit in mundum. Forte aliquis dicat: Si Pater eum sanctificavit, ergo aliquando non erat sanctus? Sic sanctificavit, quomodo genuit. Ut enim sanctus esset, gignendo ei dedit, quia sanctum eum genuit. Nam si quod sanctificatur, ante non erat sanctum; quomodo dicimus Deo Patri: *Sanctificetur nomen tuum?*

Agnosce proprium Domini, et munus servi.

10. *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere: si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis quia in me est Pater, et ego in illo*.

Non sic dicit Filius, *in me est Pater, et ego in illo*, quomodo possunt homines dicere. Si enim bene cogitemus, in Deo sumus; et si bene vivamus, Deus in nobis est: fideles participant eius gratiam, illuminati ab ipso, in illo sumus, et ipse in nobis. Sed non sic unigenitus Filius: ille in Patre, et Pater in illo, tanquam aequalis in eo cui est aequalis. Denique nos aliquando possumus dicere: In Deo sumus, et Deus in nobis: Ego et Deus unum sumus, numquid possumus dicere? In Deo es, quia Deus te continet; Deus est in te, quia templum Dei factus es: sed numquid quia in Deo es, et Deus est in te, potes dicere: *Qui me videt, Deum videt*: quomodo Unigenitus dixit: *Qui me vidit, vidit et Patrem*; et: *Ego et Pater unum sumus?*

Agnosce proprium Domini, et munus servi. Proprium Domini, est aequalitas Patris: munus servi, est participatio Salvatoris.

11. *Quaerebant ergo eum apprehendere*. Utinam apprehenderent, sed credendo et intelligendo, non saeviendo et occidendo.

⁸² Gv 10, 34. La parte tra parentesi non è citazione; pertanto in italiano non mantengo il corsivo.

⁸³ In realtà è citazione puntuale di Vulg. Lc 16, 16; ma Sabatier in nota di Mt 11, 13: “Tertul. vero l. cont. Jud. c. 13. p. 147. b. *Lex & prophetae, usque ad Joannem, fuerunt*: sic etiam l. 3. contr. Marc. P. 679. c. & contra Psych. p. 982. b. 987. a. detracto *fuerunt*.”

⁸⁴ In realtà Mt 22, 40; Vulg.: “In his duobus mandatis universa lex pendet, et prophetae.”; Sabatier in nota: “Tertul adv. Psych. p. 983. a. *In his duobus praeceptis tota lex pendet, & prophetae*. Accinunt magno consensu ... August. quaest. 33. in Matth. to. 3. 245. f. & in Joh. 4. Ibid. 419. c. 425. c. ...”. La mancanza, in Beda, di “pendet” esige l’adeguamento della traduzione NCEI

⁸⁵ Vulg.: “quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et Psalmis de me.”; VL: “quia oportet impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, et in Prophetis, et in Psalmis de me.”

⁸⁶ Ritengo si tratti di evidente errore di battitura per “quem”.

⁸⁷ Gv 10, 35-36. In Beda manca il “?”, che mi sembra esigito dal testo.

⁸⁸ cfr Gv 10, 36 Vulg.: “quem Pater sanctificavit, et misit in mundum.”.

⁸⁹ Gv 10, 37-38 Vulg.: “Si autem facio : etsi mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, et credatis quia Pater in me est, et ego in Patre.”; Sabatier in nota: “Cypr. l. 2. Testim. p. 287. b. *Quod si facio, & mihi non vultis credere: factis credita, & cognoscite quoniam in me est Pater, & ego in illo*.”. NCEI traduce: “... e io nel Padre”; provvedo ad allineare il testo italiano

⁹⁰ Cfr Gv 12, 45 Vulg.: “Et qui videt me, videt eum qui misit me.”. non essendo citazione testuale, in italiano non la evidenzio col corsivo.

⁹¹ Gv 14, 9 Vulg.: “qui videt me, videt et Patrem.”; Sabatier in nota: “... at supra Victorin. p. 269. a. legit: *si quis me videt, videt & Patrem*: & l. 3. p. 275. a. *quis me videt, videt Deum*: ...”.

⁹² Gv 10, 39.

Quaerebant ergo eum apprehendere.

Dum enim apprehendere voluerunt, quid eis fecit?

*Et exiit de manibus eorum.*⁹³ Non eum apprehenderunt quia minus⁹⁴ fidei habuerunt; et quia noluit, qui potestatem habuit animam suam ponere, non apprehenderunt eum⁹⁵; dum autem voluit, apprehensus est ab eis, manibus iniquitatis.

*Et abiit iterum trans Jordanem ad eum locum, ubi erat Joannes baptizans primum; et mansit ibi; et multi venerunt ad eum, et dicebant: Quia Joannes quidem signum fecit nullum (Joan. V)*⁹⁶. Meministis dictum de Joanne quia lucerna erat, et diei testimonium perhibebat.⁹⁷ Quid ergo isti dixerunt apud se?

Nullum, inquit, miraculum ostendit Joannes, non daemonia fugavit, non expulit febrem, non caecos illuminavit, non mortuos suscitavit, non tot millia hominum de quinque vel septem panibus satiavit, non super mare ambulavit, non ventis et fluctibus imperavit. Nihil horum fecit Joannes, et totum quidquid dicebat, huic testimonium perhibebat. Per lucernam veniamus ad diem. Joannes nullum fecit signum.

*Omnia autem quaecumque dixit Joannes de hoc, vera erant.*⁹⁸ Ecce qui apprehenderunt, non quomodo Iudaei volebant comprehendere discedentem, apprehenderunt isti permanentem. Denique quid sequitur? *Et multi crediderunt in eum.*⁹⁹

Allora cercarono nuovamente di catturarlo.

Perché dunque lo volevano catturare; cosa aveva loro fatto?

Ma egli sfuggì dalle loro mani. Non lo catturarono perché mancarono di fede; e poiché non volle, lui che aveva la potestà di dare la sua vita, non lo catturarono; ma quando volle, fu catturato da loro con mani inique.

Ritornò quindi nuovamente al di là del Giordano, nel luogo dove prima Giovanni battezzava, e qui rimase. Molti andarono da lui e dicevano: «Giovanni non ha compiuto nessun segno (Gv 10, 40-41). Ricorderete che di Giovanni si è detto che era lucerna, e rendeva testimonianza al giorno. Cosa allora dissero costoro tra sé?

Giovanni, dicono, non ha mostrato alcun miracolo: non ha messo in fuga i demoni, non ha cacciato la febbre, non ha illuminato i ciechi, non ha risuscitato i morti, non ha saziato tante migliaia di uomini con cinque o sette pani, non ha camminato sul mare, non ha comandato ai venti e alle onde. Nulla di ciò ha fatto Giovanni; ma [con] tutto ciò che diceva gli rendeva testimonianza. Per mezzo della lucerna perveniamo al giorno. *Giovanni non ha compiuto nessun segno.*

Ma tutto quello che Giovanni ha detto di costui era vero. Ecco quelli che [lo] presero: non come i Giudei volevano prendere colui che sfuggiva; essi lo presero [in modo] permanente. Infatti cosa segue? *E molti credettero in lui.*

Nam modo, fratres mei, quando talia loquor, infirmus fortia, parvus magna, fragilis solida, et vos tamquam ex eadem massa unde sum et ego, et ego ipse qui vobis loquor, simul omnes apprehendere volumus Christum. Quid est apprehendere? Intellexisti, apprehendisti. Sed non sic Iudaei: tu apprehendisti ut habeas, illi apprehendere volebant ut non haberent. Et quia sic volebant apprehendere, quid eis fecit?

Exiit de manibus eorum. Non eum apprehenderunt, quia manus fidei non habuerunt. Verbum caro factum est: sed non erat Verbo magnum, eicere carnem suam de manibus carnis. Mente Verbum apprehendere, hoc est Christum recte apprehendere.

12. *Et abiit iterum trans Iordanem, in eum locum ubi Ioannes baptizans primum, et mansit ibi. Et multi venerunt ad eum, et dicebant: Quia Ioannes quidem signum fecit nullum.* Meministis vobis dictum de Ioanne, quia lucerna erat, et diei testimonium perhibebat. Quid ergo isti apud se dixerunt:

Ioannes signum fecit nullum?

Nullum, inquit, miraculum ostendit Ioannes: non daemonia fugavit, non expulit febrem, non caecos illuminavit, non mortuos suscitavit, non tot millia hominum de quinque vel septem panibus pavit, non supra mare ambulavit, non ventis et fluctibus imperavit; nihil horum fecit Ioannes: et totum quidquid dicebat, huic testimonium perhibebat. Per lucernam veniamus ad diem.

Ioannes nullum signum fecit.

Omnia autem quaecumque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Ecce qui apprehenderunt, non quomodo Iudaei. Iudaei volebant apprehendere discedentem, apprehenderunt isti permanentem. Denique quid sequitur? *Et multi crediderunt in eum.*

⁹³ Gv 10, 39.

⁹⁴ La differenza di una vocale tra Beda e Agostino (minus / manus) provoca un deciso aggiustamento di significato.

⁹⁵ cfr Gv 15, 13.

⁹⁶ In realtà Gv 10, 40-41; Vulg.: “Et abiit iterum trans Jordanem, in eum locum ubi erat Joannes baptizans primum, et mansit illic; et multi venerunt ad eum, et dicebant : Quia Joannes quidem signum fecit nullum.”

⁹⁷ cfr Gv 5, 35-33.

⁹⁸ Gv 10, 41 Vulg.: “Quia Joannes quidem signum fecit nullum.”; VL: “Joannes quidem nullum signum fecit.”. Come si vede, anche la frase che precede è parte della citazione; pertanto in italiano viene evidenziata col corsivo.

⁹⁹ Gv 10, 42.